Digitized by Google

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XX
A
14
NAPOLI

Digitized by Google

IVSTINIANI IMPERATORIS EDICTA:

ITEM,

IVSTINI, TIBERII ac Leonis Auguſtorum Nouellæ Conſti-tutiones.

HENRICO AGYLAEO Interprete.

***

LVGDVNI,
Apud Gulielmum Rouillium.
M. D. LXXXI.

Digitized by Google

ΙΟΥΣΤΙΝΙΑ-ΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

τῶν ἐδίκτων ἀρχή.

Ἐδίκτον γραφὲν τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ ὁσιωτάτοις πατριάρχαις.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

ΕΔΙΚΤΟΝ α.

ΤΗΣ παραδοθείσης ἡμῖν ἐκ θεοῦ πολιτείας κηδόμενοι, καὶ ἐν ἁπάσῃ δικαιοσύνῃ ζῆν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους σπουδάζοντες, ἢ τ' ὑποτ. καὶ τὰ ἑξῆς.

Περὶ

IVSTINIANI IMPERATORIS EDICTA.

HENRICO AGYLÆO INTERPRETE.

Edictum ſcriptum in omni terra piiſſimis Archiepiſcopis & ſanctiſſimis Patriarchis.

TRADITAE *nobis à Deo Reip. curam habentes, & in omni iuſtitia viuere noſtros ſubiectos ſtudentes, ſubiectam, & quæ ſequuntur.* Hoc edictum natiuo ſuo loco in conſtit. 8. habes ſuprà.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΠΑΡΕχειν τοὺς ἄρχοντας ἀσυλίας λόγον ἐπὶ δημοσίαις προφάσεσιν.

Ἔδικτον β.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Ἐκ τῶν ἀνενεχθέντων ἡμῖν ἀγράφως παρὰ τῆς σῆς ἐνδοξότητος, ἔγνωμεν οὐ μικρὰν πεποιηκέναι δυσκολίαν τῇ τῶν δημοσίων φόρων εἰσκομιδῇ τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας, οἷς ἂν ἐθέλοιεν λόγον ἀσυλίας παρέχοντας. τὴν δὲ αὐτοῦ γοῦν τοὺς ὑποδεχομένους τοὺς δημοσίους φόρους προβαλλομένους ἀσφάλειαν, μὴ ἐκπέμπειν τὸ ἐπ' αὐτοὺς καταβαλλόμενον χρυσίον, πλείστην ἢ μοῖραν αὐτοὺς παρακατέχειν· καὶ ἐπειδὰν ὀφλήσειαν χρυσίον, ἀποκεχρῆσθαι τῷ κακῶς αὐτοῖς τῆς ἀσυλίας παρεχομένῳ λόγῳ.

¶ Θεσπίζομεν τοίνυν, τῷδε τῷ θείῳ πραγματικῷ χρώμενοι τύπῳ πρὸς τὴν σὴν ὑπεροχήν, διὰ I

προσ

NE PRÆSIDES IN FISCALIBVS CAVSIS fidem publicam dent.

EDICTVM II.

Idem IMPERATOR Ioanni prætoriorum præfecto.

PRAEFATIO.

EX ijs quæ à gloria tua ſine ſcripto ad nos relata ſunt, non exiguam publicorum tributorum illationi difficultatem prouinciarũ præſides, dum quibuslibet fidẽ publicã dant, attuliſſe cognouimus. Eos enim qui tributa publica ſuſcipiunt, inde ſibi ſecuritatẽ atq; tutamentũ prætendentes, quòd aurum ipſis perfuſum ſit, nõ tranſmittere, ſibiq; maximã partem retinere, & cùm aurum debeant, malè ſibi data fide publica abuti.

1 ¶ *Miſſa igitur ad excellentiam tuam hac ſacra pragmatica forma, ſtatuimus, vt per*

προσταγμάτων οἰκείων ἀπαγορεύουσαι πᾶσι τοῖς λαμπροτάτοις τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχουσι, λόγον ἀσυλίας παρέχειν ἐπὶ δημοσίαις αἰτίαις· ὑπὲρ δὲ τῶν ἰδιωτικῶν μόνων προφάσεων ἐξεῖναι αὐτοῖς, τοῖς δεομένοις παρέχειν τὸν τῆς ἀσυλίας λόγον, καὶ ἐπὶ ῥητὸν χρόνον· οὐ δυναμένοις δευτερικῶς αὐτὸν, παραδραμουμένης τῆς προθεσμίας, αὖθις ἀνανεοῦν, εἰδότων ἁπάντων ὡς οὐδὲν ὠφεληθήσονται τὸν τοιοῦτον παρ' αὐτῶν λαμβάνοντες λόγον, ἀλλ' ἄδεια ἔσται παντὶ συνέχειν αὐτοὺς προσταττομένῳ, τοὺς ὑποφειλομένους παρ' αὐτῶν δημοσίους φόρους καταθεῖναι· τοῦ διδομένου κατὰ χώραν αὐτοῖς λόγου πρὸς οὐδὲν συνεροῦντος· ἐκείνων δὲ μόνων ἐχόντων ἀσφάλειαν, τῶν κατὰ θείαν ἡμῶν κέλευσιν λόγον ἀσυλίας κομιζομένων, ἢ κατὰ προστάξεις τῆς σῆς ὑπεροχῆς.

ΚΕΦΑΛ. α.

Ἐπειδὴ δὲ παρὰ τῆς σῆς ἐνδοξότητος ἐδιδάχθημεν, ὥς τινες ἐπὶ ζητήσει καταλθόντες ἐν διαφόροις ἐπαρχίαις τῶν ἑαυτοὺς τῇ τῶν αἱρετικῶν ἐκδεδωκότων πλάνῃ, καὶ πολλοὺς ὑπὲρ τῆς τοιαύτης αἰτίας τῶν ὑποτελῶν συγχέοντες, λόγῳ σπορτούλων πλεῖστον παρ' αὐτῶν χρυσίον εἰλήφασι· θεσπίζομεν τοὺς τοιοῦτό τι τετολμηκότας, καὶ συσχεθῆναι καὶ προσαχθῆναι τοῖς λαμπροτάτοις τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχουσι, καὶ μετ' ἐλέγχους τὸ ληφθὲν καταθεῖναι· καὶ τὸ μὲν simplum τοῖς ζημιωθεῖσιν αὐτοῖς ἀναδοῦναι, τὸ δὲ duplum εἰσκομισθῆναι τῷ δημοσίῳ.

Τοὺς

edicta ſua omnibus clariſ. prouinciarum præſidibus interdicat, ne in fiſci cauſis fidẽ publicam dent: in priuatorũ autem ſolùm cauſis liceat ipſis, ĩs qui id deſiderant, fidem publicam dare, idq; ad certũ tempus: quod non continuò poterunt, vbi elapſum fuerit, denuò renouare. Sciant verò omnes, quòd vbi tales ſecuritatis promiſsiones ab illis acceperint, nullam inde vtilitatem ſenſuri ſunt: ſed facultas cuicunq;, cui hoc iniunctum eſt, vt quæ ab illis debentur publica tributa perſundat, fuerit, vt illos comprehendat: vt quæ illis in prouincia data fides publica fuerit, in nulla re ipſis vtilis futura ſit. Cæterùm illi ſoli ſecuritatem habeant, qui aut ad ſacram noſtram iuſsionem, aut ad excellentiæ tuæ mandata ſecuritatis promiſsiones abſtulerint.

CAPVT I.

POſteaquam etiam à gloria tua edocti ſumus, quomodo nonnulli in diuerſis prouinciĩs, inquiſitione in eos qui ſe hæreticorum erroribus dedidiſſent facta, cùm multos ſubditos hanc ob cauſam cõprehendiſſent, ſportularum ratione magnã vim auri ab ipſis ceperint: ſancimus, vt qui id auſi ſunt, & comprehendantur, & ad clariſ. prouinciarũ præſides adducantur, poſt probationes, quod ceperint in triplum refuſuri: vt ſimplũ ĩs qui damno affecti ſunt reddatur, duplũ verò in fiſcum inferatur.

¶ Τοὺς δὲ τεταγμένους εἰς τὴν βικαριανὴν τά- 2
ξιν, τὴν ὑπηρετοῦσαν μὲν τῷ περιβλέπτῳ βικαρίῳ
τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως, κινδύνῳ οἰκείῳ καὶ τῶν
ὑπαρχόντων αὐτοῖς πραγμάτων, τὴν εἰσκομιδὴν
τῶν δημοσίων ποιεῖσθαι φόρων· ἐκλελοιπότων δὲ
(καθάπερ ἡ σὴ ὑπεροχὴ καὶ τοῦτο εἰς τὴν ἡμετέραν
ἀνήγαγεν εὐσέβειαν) τῶν εἰς τὴν ἐπιχώριον αὖθις
φερομένων τάξιν, καὶ εἰς ὀλίγους σφόδρα περι-
στάντων αὐτῶν, ἐκ πολλῶν δὲ χρόνων τοῦ βικαρίου καὶ
τὴν τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος τοῦ
Φρυγῶν Πακατιανῶν ἔθνους παρειληφότος ἀρ-
χήν. ἀδείας οὔσης τοῖς εἰς τὴν βικαριανὴν ἀναφε-
ρομένοις τάξιν, κατὰ πρόσταξιν τοῦ νῦν τε καὶ κα-
τὰ καιρὸν βικαρίου τὰς δημοσίας εἰσπράττειν συν-
τελείας, καὶ παρασκευάζειν αὐτὰς εἰσφέρεσθαι τῷ
δημοσίῳ. ¶ Τοὺς δὲ ὄντας ἐθνικοὺς ἀποδέκ- 3
τας καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, θεσπίζομεν ἐν ταῖς
παρ' αὐτῶν γινομέναις ἀποδείξεσι διακεκριμέ-
νως τὸ ἐπ' αὐτοὺς καταβαλλόμενον χρυσίον ἐγ-
γράφειν, καὶ διακρίνειν τήν τε καταβαλλομένην
ἐπ' αὐτοὺς ποσότητα, προφάσει τῶν ἀνηκόντων
τῇ τῆς σῆς ὑπεροχῆς τραπέζῃ, καὶ τὴν ἀνήκουσαν
ταῖς θείαις ἡμῶν λαργιτίωσι, καὶ διὰ τῶν τοιού-
των ἀποδείξεων δηλοῦν τὴν καταβαλλομένην
ποσότητα, καὶ μὴ τὰ δὲ ἑτέρων τίτλων ἄδειαν
ἔχειν τινὰς εἰς ἑτέρους μετατιθέναι. ¶ Τὰ τοί- 4
νυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦ δὲ τοῦ θείου πρα-
γματικοῦ δηλούμενα νόμου, ἡ σὴ ὑπεροχὴ εἰς ἔργον
ἀγαγεῖν προσταξάτω.

Περὶ

2 ¶ *Porròqui in Vicariana cohorte, quæ ſpectabili Aſianæ iuriſdictionis vicario apparet locum & ordinẽ obtinent, ſuo bonorúmq; ſuorum periculo publicorum tributorum illationi incumbant: cùm quidem qui in prouinciali cohorte numerantur (quomodo & id ad noſtram pietatem excellentia tua retulit) deficiant, numerúſq; ipſorum in paucos admodũ coarctetur, ac à longo iam tempore clariſſ. prouinciæ Phrygũ Pacatianorum gentis præſidis magiſtratum etiam vicarius aſſumpſerit. Qui ergo in Vicarianã cohortem referuntur, facultatẽ habeãt, vt ex vicarijs qui nunc eſt, & pro tempore futurus eſt, iuſſu publicas cõtributiones exigant, illáſq; fiſco inferendas curent.*

3 ¶ *Conſtituimus etiam, vt qui in quacunq; prouincia prouinciales tributorũ ſuſceptores ſunt, in apochis quas faciunt, quòd ipſis perfuſum aurũ eſt, diſtinctè deſcribant: diſtinctè etiã ponant, quantũ occaſione eorum quæ excellentia tua menſæ, quæq; ſacris noſtris largitionibus competunt, transfuſum ſibi ſit: vt perſolutam quantitatẽ per huiuſmodi acceptilationes euidenter explicent & manifeſtent: deniq; ne qui facultatẽ habeant, vt quæ ex alijs titulis acceperint, in alios tranſponãt & accepta ferant.*

4 ¶ *Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram pragmaticam declarantur legem, ea excellentia tua ad effectum deduci præcipito.*

Περὶ τῆς τῶν Ἀρμενίων διαδοχῆς. Ἔδικτον γ.

Καὶ Ἀρμενίους βουλόμενοι τῆς προτέρας ἀπαλλάξαντες ἀδικίας, ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους διὰ πάντων ἀγαγεῖν νόμους, καὶ ὅσοι αὐτοῖς ἰσότητα τὴν πίπτουσαν.

ΚΕΦΑΛ. α.

Καὶ ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν ἐνάγχος βάρβαρόν τινα καὶ θρασὺν εἶναι παρ' αὐτοῖς νόμον, οὐ Ῥωμαίοις οὐδὲ τῇ δικαιοσύνῃ τῆς ἡμετέρας πρέποντα πολιτείας, ὅπως ἂν ἄρρενες μὲν κληρονομῶσι τῶν γονέων, θήλειαι δὲ μηκέτι· διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, τῷ παρόντι θείῳ χρώμενοι νόμῳ πρὸς τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν, ὁμοίας εἶναι τὰς διαδοχὰς, καὶ ὅσα τοῖς Ῥωμαίων διατέτακται νόμοις ἐπί τε ἀνδρῶν ἐπί τε γυναικῶν, ταῦτα καὶ ἐν Ἀρμενίᾳ κρατεῖν. διὰ τοῦτο γὰρ δὴ καὶ τοὺς ἡμετέρους ἑκάστοις κατεπέμψαμεν νόμους, ἵνα εἰς αὐτοὺς ἀφορῶντες, οὕτω πολιτεύοιντο.

¶ Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἤδη προειληφότα ἅπαντα ἀ- 1
νακινεῖν τῶν ἀτοπωτάτων ἐστὶ, διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, τόνδε τὸν νόμον κρατεῖν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν βασιλείας. ὥστε τὰς τῶν ἐξ ἐκείνου τελευτησάντων μέχρι νῦν διαδοχὰς κατὰ τοῦτον πολιτεύεσθαι τὸν τρόπον. πλὴν εἰ

μὴ

DE ARMENIORVM SVCCESSIONE.

EDICTVM III.

PRAEFATIO.

ARMENIOS *priſtina iniuſtitia liberatos, tũ ad noſtras per omnia leges deducere, tum decora æquabilitate donare volumus.*

CAPVT I.

ET quoniam barbaricã quandã inſolentemq́;, & quæ neq; Romanos, neq; noſtræ reip. iuſtitiã deceat, apud ipſos eſſe legẽ nuper didicimus (vt nempe *maſculi in parentum hæreditatẽ ſuccedant, fœminæ verò non) emiſſa præſenti ad magnificentiã tuam ſacra lege, decernimus vt ſucceßiones æquales ſint: & quæ de viris mulieribusq́; Romanorũ legibus conſtituta ſunt, hæc etiam in Armenia obtineant. Sanè idcirco illuc noſtras etiã leges tranſmiſimus, vt in eas oculos conuertentes, ad præſcriptum illarum rempublicam gubernarent.*

¶ Quoniam verò quæ præceſſerunt, ea omnia cõmouere abſurdiſsimũ eſſet. ſtatuimus, vt hæc lex inde ab initio pij noſtri imperij vim & vigorem habeat: vt ab eo tempore hucuſq; defunctorũ ſucceßiones hunc ad modum fiant, præ-

terquam

μὴ ἔτυχον διαλυσάμεναι, ἢ ἄλλως πρὸς ἀλλήλους
ἀπαλλαγέντες. εἰ γάρ τι τοιοῦτον γέγονε, τοῦτο ἐπὶ
τῆς οἰκείας μένειν ἰσχύος, καὶ μηδαμῶς ἀνακι-
νεῖσθαι θεσπίζομεν. ¶ Μετέχειν δὲ αὐτὰς καὶ 2
τῶν καλουμένων γενεαρχικῶν χωρίων ἀπὸ τοῦ εἰ-
ρημένου χρόνου βουλόμεθα. Εἰ μέντοι συμβαίσῃ τι-
νὰς εὑρεθῆναι, οἵπερ καίτοι μὴ καλουμένας τὰς
θυγατέρας εἰς τὴν ἐξέτασιν ἀδιαθέτου διαδο-
χῆς, ἔγραψαν ὅμως κληρονόμους. μετεῖναι κἀ-
κείναις καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν γενομένοις τῆς τῶν γε-
νεαρχικῶν πραγμάτων διαδοχῆς. ¶ Τὰ τοί- 3
νυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δη-
λούμενα νόμου, ἡ σὴ ὑπεροχὴ καὶ παραφυλάξαι καὶ
πέρατι παραδοῦναι σπουδασάτω. ὥστε τοὺς ἡμετέ-
ρους νόμους διὰ πάντων κρατεῖν καὶ εἶναι κυ-
ρίους, ἀρχομένους μετὰ τοῦ παρόντος νόμου (καθάπερ
εἰπόντες ἔφθημεν) ἐκ τῶν προοιμίων τῆς ἡμετέ-
ρας βασιλείας, τῷ παντὶ δὲ συμπαραταθησο-
μένου χρόνου, καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ἅπασι πολιτευσο-
μένου τρόποις, καὶ παρὰ πάντων φυλαχθησο-
μένου. DAT. X. KAL. AVG.
BILISARIO V. C. CONS.

ΠΕΡΙ ΑΡΧΗΣ ΤΗΣ Φοινίκης Λιβανησίας.

Ἔδικτον δ.

terquam ſi qui iam tranſegerint, alióue modo ſe inuicem liberarint. Si enim tale quippiam factum ſit, id in ſuo robore permaneat, nullóq; modo commoueatur, iubemus.

2 ¶ *Porrò* mulieres *à prædicto tempore eorum etiam prædiorum quæ * genearchica vocantur, participes eſſe volumus. Si verò inueniri nonnullos contingat, qui filias, quanquam non vocarentur * ab inteſtato ad ſucceſsionem, hæredes tamen ſcripſerint, illæ ſimiliter, quíq; ex illis nati fuerint, in res genearchicas ſucceſsionis participes ſint.*

* Id eſt, olim à principe generis familiæ ſuæ aſcripta.

* Lego τὴν ἐξ ἀδιαθέτου.

EPILOGVS.

¶ *Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, excellentia tua & cuſtodire & fini tradere ſtudeat: vt leges noſtræ per omnia obtineant, authoritatémq; habeant. Ac præſens quidē lex ab initio imperij noſtri (vt iam diximus) incipiat, & ſimul in omne * tempus extenſa, in poſterum omnibus modis in republica vim habeat, atq; ab omnibus obſeruentur. Dat. x. K. Aug. Biliſario v. c. Conſ.*

* Lego χοίνῳ.

DE MAGISTRATV PHOENICIAE LIBANICAE.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΙΩΑΝΝῌ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων, καὶ πατρικίῳ.

Ἀμισθοὺς μὲν χρῆναι γίνεσθαι τὰς ἀρχὰς ἤδη νόμος ἡμέτερος λέγει, ὃν δὴ καὶ κύριον εἶναι διὰ παντὸς τίθεμεν.

ΚΕΦΑΛ. α.

Ἐπειδὴ δὲ πάντα προϊσχόμενοι πρός τε τὴν τῶν ὑποτελῶν εὐγνωμοσύνην, πρός τε τὴν τῶν τόπων φυλακὴν, τὰς ἀρχὰς τὰς μὲν συνήψαμεν, τὰς διείλομεν, τὰς δὲ εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο μετεστήσαμεν σχῆμα, τινὰς δὲ αὐτῶν ὑψηλοτέρας τε ἅμα ποιήσαντες, καὶ ὀνόμασι μείζοσι τῶν νῦν ὄντων καταχοσμήσαντες, καὶ πραίτωράς τε καὶ ἀνθυπάτους καὶ μοδεράτορας καὶ κόμητας, παρὰ τὸ πάλαι κεκρατηκὸς, εἰς τὴν πολιτείαν εἰσαγαγόντες, καὶ πάντα ἐπ' ὠφελείᾳ ταύτης πράξαντες· διὰ τοῦτο ᾠήθημεν χρῆναι καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸς τῷ Λιβάνῳ Φοινίκης ἐκ τῶν ἡγεμονικῶν εἰς σπεκταβιλίαν ἐνεγκεῖν, καὶ τὸ τοῦ μοδεράτορος αὐτῇ δοῦναι σχῆμα, καὶ σιτήσεις αὐτῇ ἄχρι δέκα λιτρῶν ἀφορίσαι χρυσίου. αὐτοῦ μὲν μηδὲν τῷ δημοσίῳ παρέχειν ὀφείλοντος προφάσει τῆς τοιαύτης προσηγορίας· τοῦ δὲ τὸ Φοινίκης σκρίνιον φαντάζοντος, δέκα μόνας χρυσίου λίτρας τρεῖς διδόντος, ἀπὸ τοῦ ἱκανοῦ τῆς αὐτῆς

ἐπαρ

Idem IMPERATOR Ioanni glorioſiſs. ſacrorum per Orientē prætoriorum pręfecto, iterū ex conſule & patricio.

PRAEFATIO.

MAGISTRATVS creari oportere gratuito, iam lex noſtra præcipit, quam ſanè & authoritatē per omnia obtinere volumus.

CAPVT I.

POſteaquam verò omnia ad ſubditorū beneuolentiā demerendam, *locorumq́; cuſtodiā & munitionē vndiq; indagantes, magiſtratus partim coniunximus, partim diuiſimus, alios in aliam atq; aliam formā tranſmutauimus, nonnullos vero ſublimiores fecimus, nominibusq́; maioribus quā quæ tunc eſſent decorauimus, prætores, proconſules, moderatores & comites præter priſtinā conſuetudinē in rempub. introducentes, omniaq́; ad ipſius vtilitatem facientes: oportere etiā putamus, vt magiſtratum Phœniciæ ad Libanū ex ducalibus in ſpectabilē transferamus, & moderatoris formam illi demus, tum etiam annonas ad decem auri libras aſsignemus: ipſe verò iſtius prouentus occaſione fiſco nihil præbere debeat. Interim apud Phœnices ſcrinij tractator, pro nuper attributo illi munere, quod & beneficium nuncupatur, ex canone eiuſdem*

prouin

ἐπαρχίας, τῷ κατὰ καιρὸν λαμπροτάτῳ πριμικηρίῳ τῶν περιβλέπτων τριβούνων νοταρίων, ὑπὲρ τῆς πρώτης αὐτῷ διδομένης δωρεᾶς, ὅπερ καὶ βενεφίκιον ὀνομάζεται. καὶ ταύταις δὴ καὶ μόναις ἀρκεῖσθαι αὐτόν. τοῦ μοδεράτωρος καθαρὰ δόσεως πάσης φυλαττομένου, καὶ ἔχοντος μετὰ καὶ τὴν τῶν ἄλλων στρατιωτῶν ὑπουργίαν, καθ' ὅσον αὐτῷ δίδωσιν ἡ θεία ἡμῶν διάταξις.

ΚΕΦΑΛ. β.

ΠΑλιν ἀλλ' ἐξαίρετον αὐτῷ δίδομεν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρειοτάτων τερτιοδελμάτων, ὡς ἐπὶ τῆς Φοινίκων χώρας ἐστὶν, ὥστε αὐτοῦ κατακούειν, ἕπεσθαί τε αὐτῷ, καὶ ταῖς αὐτοῦ πείθεσθαι κελεύσεσιν, ὁπόσα προΐοιεν ἐπί τε ταῖς τῶν δημοσίων εἰσπράξεσι, ἐπί τε ταῖς τῶν δημοσίων καταστάσεσι, ἐπί τε ταῖς τῶν πόλεων ἀπαθείαις. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα θεσπίζομεν τὴν σὴν ὑπεροχὴν ἐπισταμένην, διότι καὶ σύμβολα παρ' ἡμῶν γίνεσθαι προσετάχθη, πρὸς τῷ τῆς ἀρχῆς ταύτης ἡγουμένου, τὰς decē librarū auri, τὰς ὑπὲρ σιτησιῶν ἐκ τῆς ἐπαρχίας φέρειν ἐκτάττειν, οὐδὲν ἐλαττουμένων τῶν διατετυπωμένων δίδοσθαι ἔτους ἑκάστου τῷ περιβλέπτῳ πριμικηρίῳ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων νοταρίων, παρὰ τοῖς δημοσίοις ἐφεστῶτος λογισμοῖς· ἀλλ' οὐδὲ πλείονος τι- I
νος γινομένης προσθήκης αὐτῷ. ¶ Ἔχειν δὲ αὐτὴν προτέραν μὲν σπουδὴν τὴν περὶ τὸ δημόσιον εὔνοιαν, δευτέραν δὲ τὴν περὶ τῆς εὐταξίας τῶν πόλεων, καὶ τρίτην τὴν πρὸς τοὺς ἰδιώτας δικαιοσύνην, πάντων, ὡς εἴρηται, τῶν γεγραμμένων παρ'

*prouinciæ clariſ.pro tempore ſpectabilium tribunorum notariorum primicerio denas auri libras in ſingulos annos dabit, quibus ille ſolis contentus eſſe debebit. Moderator porrò à muneribus * omnia pura conſeruet: & quatenus ipſi ſacra noſtra conſtitutio permittit, militum miniſterio vtatur.* * Lego πάντα.

CAPVT II.

VErumtamen eximium illi fortiſſimorum Tertio delmatorum numerū, vt in Phœnicum regione eſt, aſſignamus, qui præcepta ipſius exaudiant, qui ipſum inſequantur: qui denique iuſſis ipſius, quæ aut de vectigalium exactionibus, aut de reipub.ſtatu, aut de ciuitatū incolumitate procedent, pareant. Qua de re cùm inſtrumenta etiā confici iuſſerimus, ſtatuimus vt excellētia tua hæc omnia cognoſcens, huius magiſtratus præfecto decē libras auri in annonas aſſignatas, ex prouinciæ tributis perſoluendas conſtituat. Interim quæ cōſtituta ſunt, vt quotannis à publicarū rationū procuratore ſpectabili clariſ. tribunorum notariorū primicerio darentur, imminuenda non ſunt: neque verò præterea quicquam illi eſt addendum

1 *¶ In primis autem* moderatori *ſtudio ſit, vt fiſco faueat: dehinc, vt diſciplina & conueniens ordo in ciuitatibus conſeruetur: tertiò, vt iuſtitiam inter plebeios exerceat. Quæ verò (vt dictū eſt) ſcripta ſunt à*

ἡμῶν ἐν τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει προφάσει τῆς καταστάσεως τῶν μοδερατόρων, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων, καὶ ἐπ' αὐτῷ χώραν λαμβανόντων. ¶ Εἰ μὲν 2
τοίγε ὁ ῥηθεὶς ἀριθμὸς τῶν καθωσιωμένων τοξιωδελμάτων κατὰ κέλευσιν ἡμετέραν εἰς ἑτέρους μετασταίη τόπους, φροντιοῦμεν ἡμεῖς ἕτερον αὐτῷ ἀντικαταστῆσαι, ὥστε μηδὲν αὐτῷ παντελῶς ἐλλείπειν τῆς νενομισμένης τε καὶ ἀρκούσης βοηθείας. τοῦ περιβλέπτου δουκὸς πρὸς τὸν εἰρημένον λόγον οὐδεμίαν ἔχοντος μετουσίαν, οὐδὲ γὰρ ἐπικοινωνῆσαι αὐτὸν βουλόμεθα οὐδὲ τοῖς ῥητῶς διδομένοις στρατιώταις τῷ περιβλέπτῳ μοδεράτωρι, οὐδὲ ἰδιωτῶν οὐδενί, οὐδὲ ταῖς ἐκείνων δίκαις, ὅταν ἔχοιεν πρὸς ἀλλήλους, οὔτε εἰ τῶν ἰδιωτῶν τις ἐνάγοιτο, πρὸς οὓς οὐδεμίαν δεδώκαμεν αὐτῷ μετουσίαν. ἐπεὶ πολὺ τὸ μέσον ἐστὶ στρατιωτικῆς τε φροντίδος καὶ πολιτικῆς διοικήσεως. καὶ δεῖ διακεκρίσθαι ταῦτα, καθάπερ οἱ πατέρες τε πολλάκις ἡμῖν ἔταξάν τε καὶ κατεστήσαντο εἰδότων τῶν περιβλέπτων δουκῶν ὡς εἴπερ ἐμβαλεῖν ἑκόντες θαῤῥήσαιεν πράγμασι πολιτικοῖς, οὐδὲ τῶν στρατιωτικῶν ἀντιλήψονται, καὶ ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ταύτην τετάξονται. βουλόμεθα γὰρ κατὰ μηδὲν ἐλάττονα τὴν ἀρχὴν ταύτην τῆς τοῦ δουκὸς ἀρχῆς καθεστάναι, ἀλλ' ἀντέχεσθαι μὲν, ὡς εἴρηται, τῆς τῶν δημοσίων εἰς πράξεως σὺν σφοδρότητι πάσῃ, ἀντέχεσθαι δὲ καὶ τῆς τῶν ἰδιωτῶν ἀπαθείας καὶ μὴ συγχωρεῖν μηδὲ τοῖς περιβλέπτοις δουξί, μηδὲ τοῖς λαμπροτάτοις φυλάρχοις, μηδὲ τινι τῶν δυνατῶν οἴκων,

ἀλλὰ

nobis de moderatorum reliquorumq; magiſtratuum ſtatu in ſacra noſtra conſtitutione, ea omnia & in illo locum habeant.

2 ¶ *Sanè ſi dictus deuotorũ Tertio delmatorum numerus noſtro iuſſu in alia transferatur loca, alterum illi* in eius locũ *ſurrogatũ & ſubijciendũ curabimus: vt ne quid ex ſolenni plenoq; auxilio omnino illi deſit. In his porrò iam dictis rebus ſpectabilis dux nihil communionis habebit. Nolumus enim quicquã illi cõmercij eſſe aut cum militibus ſpectabili moderatori certò aßignatis, aut cum plebeiorũ quoquam; aut cum illorũ controuerſiis quas inter ſe habuerint: aut ſicut plebeiorũ, in quos illi nullum ius conceßimus, dica impingatur: propterea quòd inter rei militaris curam & ciuilem adminiſtrationẽ permultum interſit, ac diſcerni hæc oporteat, quemadmodum patres reipub. id nobis ordinarunt & conſtituerunt. Ac ſciant ſpectabiles duces, quòd ſi rebus ciuilibus ſe ingerere audeant, militarem magiſtratum non retinebunt, & huic magiſtratui ſubijciendi erunt. In nulla namq; re inferiorem hunc magiſtratum ducis magiſtratũ eſſe volumus. Volumus inſuper, vt (quomodo dictum eſt) quàm vehementißimè publicarũ contributionũ exactioni incumbat, plebiſq; incolumitati inuigilet, & ne ſpectabilibus ducibus, neque clariß. tribunis, neque cuiquam potentium domuum,*

ἀλλὰ μήτε τῷ θείῳ ἡμῶν πατριμωνίῳ, ἢ τοῖς θείοις ἡμῶν πριβάτοις, ἢ τῷ θείῳ ἡμῶν οἴκῳ, τὴν οἱανοῦν ἐπαγαγεῖν τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι ζημίαν. οὐ δὲ κατακλίνεσθαι, οὐδὲ τρέμειν, ἀλλ' ἀνδρικῶς τῶν ὑπηκόων ἡγεῖσθαι, καὶ πάντα πράττειν ὁπόσα ἐπὶ τοῖς ἄλλοις μοδεράτορσι νενόμισται. καὶ οὕτω τὰ περὶ τῶν ὅλων αὐτῷ διοικεῖσθαι.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Ἐκεῖνο μέντοι γίνεσθαί τε καὶ κρατεῖν βουλόμεθα, τὸ τὰς σιτήσεις τῶν περιβλέπτων δουκῶν ἐκεῖθεν αὐτοὺς κομίζεσθαι, ὁπόθεν ἂν ὁ περίβλεπτος τῆς ἐπαρχίας μοδεράτωρ ἐκτάξει. πρόδηλον οὖν ὡς οὐ μετὰ τοσαύτης ἀδρανίας προσέξουσι τοῖς πράγμασιν, ὡς μηδὲ τὰς οἰκείας αἰτήσεις ἰσχύειν ἀπαιτῆσαι. εἰδότες ὡς εἰ παρὰ ταῦτά τι πράξαιεν, ποινὴν viginti librarũ auri καταθήσουσι. ¶ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ 1
διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπουδασάτω.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ τῶν ἁρμοζουσῶν ἀγωγῶν τοῖς εὐαγέσι τόποις.

Ἔδικτον ε.

imò ne ſacro quidem noſtro patrimonio, aut ſacris noſtris priuatis, aut ſacræ noſtræ domui, qualecunque tributarijs noſtris damnum inferre permittat: vt ne etiam demiſſo animo neque pauidus ſit, ſed virilem in modum ſubditis præſit, omniáq; faciat quibus alij moderatores ex præſcripto obſtricti ſunt. Atque ita quidem *rerum ſumma ab ipſo adminiſtretur.*

CAPVT III.

ILlud ſanè etiam fieri & obtinere volumus, vt ſpectabiles duces inde annonas auferant, vnde ſpectabilis prouinciæ moderator eas auferendas conſtituerit: propterea quòd manifeſtum ſit eos non tam ſocorditer ad res animum aduerſuros eſſe, vt quæ ſibi competant, petere non poſsint. Sciant verò, quòd ſi præter hæc quippiam fecerint, viginti librarum auri mulctam perſundent.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, excellentia tua effectui & fini tradere ſtudeto.

DE TEMPORE ACTIONVM QVAE SACRIS LOCIS competunt.

EDICTVM V.

Ὅπερ τὰ φάρμακα τοῖς νόσοις, τοῦτο παρέχουσι τὰ νόμιμα τοῖς πράγμασι. καὶ τὰ ἑξῆς.

ΕΔΙΚΤΟΝ ΤΟΥ ΕΥσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου Ἰουστινιανοῦ, ϛ.

Ἔγνωμεν ὡς μετὰ τὴν παίδευσιν τὴν κατὰ φιλανθρωπίαν τοῦ δεσπότου θεοῦ γενομένην, οἱ τὰς πραγματείας καὶ τὰς μεθοδείας μετερχόμενοι, καὶ οἱ διαφόρων τεχνῶν καὶ οἱ περὶ τὴν γῆν ἐργάται, ἔτι γε μὴν καὶ οἱ ναῦται, ὀφείλοντες μᾶλλον καλλίονες γίνεσθαι, εἰς πλεονεξίαν δεδώκασι, καὶ διπλασίονας καὶ τριπλασίονας τιμάς τε καὶ μισθοὺς παρὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν ἐπιζητοῦσι.

ΚΕΦΑΛ. α.

Συνείδομεν τοίνυν διὰ θείου ἐδίκτου πᾶσιν ἀπαγορεῦσαι τὴν τοιαύτην πλεονεξίαν, καὶ μηδένα τοῦ λοιποῦ τολμᾷν πραγματευτὴν, ἢ ἐργάτην ἢ τεχνίτην ἢ οἵας δήποτε μεθόδου, ἢ ἐμπορίας, ἢ γηπονίας, πλείονα τῆς παλαιᾶς συνηθείας ἐπιζητεῖν τιμήματα, ἢ μισθούς. κελεύομεν δὲ καὶ τοὺς τὰς μετρήσεις τῶν οἰκοδομικῶν καὶ γηπονικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ποιοῦντας, μηδὲν

πλεῖον

PRAEFATIO.

QVOD *medicamenta morbis, hoc ius præſtat controuerſiis, &c.* Extat ſupra Nou. III.

EDICTVM PIENTISSIMI DOMINI NOSTRI Iuſtiniani, VI.

PRAEFATIO.

COGNOVIMVS, *quomodo poſt caſtigationẽ domini Dei benignitate immiſſam, qui negotiationes & ludos literarios exercent, diuerſi etiã generis artifices & agricolæ, inſuper & nautæ, cùm potius meliores fieri deberent, lucri cupiditati ſe dediderint, & duplicia tripliciaq́; precia ac mercedes præter veterẽ conſuetudinem requirant.*

CAPVT I.

V*Iſum igitur eſt per ſacrum edictũ omnibus interdicere deteſtandam iſtiuſmodi auaritiam, & nequis in poſterum cuiuſcunq; diſciplinæ aut artis magiſter, qualiſcunq; etiã negociationis negociator, qualiſcunq; demum agriculturæ agricola, quàm vetus conſuetudo ferat, plus precij mercediſue nomine exigat. Iubemus verò etiam, vt ædificiorum, & colendæ terræ, aliorúmque operum menſores nihil*

πλέον λογίζεσθαι τοῖς ἐργαζομένοις ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν φυλάττειν. Ταῦτα δὲ παραφυλάττειν κελεύομεν καὶ τοὺς ἐπιτάττοντας οἱασδήποτε ἔργα, ἢ καί τινα ἄλλη ὠνουμένους. οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς ἐξεῖναι πλέον τοῦ ἔθους τοῦ διατεταγμένου παρέχειν συγχωροῦμεν. γινωσκόντων τῶν πλέον τι τῆς παλαιᾶς συνηθείας ἐπιζητούντων, ὡς τριπλασίονα ποσότητα εἰσκομίσαι τῷ δημοσίῳ ἀναγκασθήσονται, εἰ παρὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς διατεταγμένον λαβόντες ἢ δεδωκότες φανείησαν. Ταῦτα δὲ ζητεῖσθαι καὶ ἐκδικεῖσθαι κελεύομεν παρά τε τῆς σῆς ὑπεροχῆς, καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως. βουλόμεθα γὰρ δὴ ὑμῶν τοὺς παραβαίνοντας ταύτην ἡμῶν τὴν διατύπωσιν, ἀπαιτεῖσθαι τὴν ὁρισθεῖσαν ποινὴν, καὶ τιμωρίαις ὑποβάλλεσθαι. ποινῆς ἐπικειμένης πέντε χρυσίου λιτρῶν ταῖς πειθομέναις ἡμῖν τάξεσιν, εἴ τι τῶν παρ' ἡμῶν διατεταγμένων ἀμεληθείη.

DAT. II. K. APR. CONSTANT. DN. IVST. PP. AVG. POST BILIS. V. C. CONS.

ΤΥΠΟΣ ΠΡΑΓΜΑΤΙΚὸς περὶ ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων.

Ἐδίκτον ζ.

*amplius operarijs imputent, & illis antiquam conſuetudinem conſeruent. Hæc autem obſeruare iubemus & eos qui qualiacunq; opera demandant, & eos qui aliqua redimunt. Siquidem nec ipſis amplius quàm more conſtitutum ſit dare concedimus. Sciant verò qui quicquam amplius quàm pro veteri conſuetudine requirunt, quòd triplicem quantitatẽ in fiſcum inferre cogentur, ſi ſupra id quod ab initio conſtitutum fuerit, cæpiſſe illos quicquam aut dediſſe oſtenſum ſit. Hæc porrò inquiri ac vindicari iubemus & ab excellentia tua, & à glorioſiſſ. fœlicis huius vrbis præfecto. Volumus enim per vos ab huius noſtri edicti trãſgreſſoribus conſtitutam mulctam exigi, pœniſque illos ſubdi: ita vt quæ vobis parent cohortibus, quinque librarum auri mulcta incubitura ſit, ſiquid ex ijs quæ à nobis conſtituta ſunt neglectum fuerit. Dat.*II.*Kal. April. Conſtant. Dn. Iuſt. P P. Aug. Poſt Biliſ.*V.C.* Conſ.*

FORMA PRAGMATICA DE ARGENTARIORVM CONtractibus.

EDICTVM VII.

ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΤΟΥ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστινιανὸς, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Φραγγικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Ἀλανικὸς, Οὐανδαλικὸς, Ἀφρικὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος, Ἰουλιανός.

Ὥσπερ ἀεὶ ἡ τῶν ἀρετῶν δύναμις ἐν τοῖς ἐναντίοις διαφαίνεται, οὕτω καὶ ἡ βασιλικὴ πρόνοιά τε καὶ διοίκησις ἐν ταῖς τῶν ὑπηκόων ἐνστάσεσι φανεροῦται. καὶ εὐκταῖον μὲν ἡμῖν μηδέποτε τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ ἐναντίον τι συμβαίνειν. εἰ δὲ ἢ τὸ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀμετάβλητον, ἢ ἡ τοῦ θείου νεύματος κίνησις τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐνσκήπτει κακοῖς, ἡ ἐπαγομένη ἄνωθεν μετὰ φιλανθρωπίας παιδεία, τῆς βασιλικῆς προνοίας τε καὶ φιλανθρωπίας ὑπόθεσις γίνεται. ὅπερ καὶ ἐν τῷ παρόντι συμβέβηκε χρόνῳ, οὐ δεόμενον διηγήματος. ἡ γὰρ εἰς πάντας τοὺς τόπους διελθοῦσα τοῦ θανάτου περίστασις, οὐδενὶ ἀναγκαῖον εἶναι ποιεῖ ἐκεῖνο ἀκούειν ὅπερ ἕκαστος ὑπέμεινεν. πολλῶν τοίνυν, οἷα δὴ ἀπροόπτου, γενομένων ἅπερ δυσκόλως ἂν ἄλλος ἐπήγαγε χρόνος, οἱ ἐν τῷ τῶν ἀργυροπρατῶν σωματείῳ καταλεγόμενοι,

πρό

In nomine domini IESV CHRISTI Dei noſtri:

Imperator Cæſar Flauius IVSTINIANVS, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, omni æuo adorabilis, Auguſtus.*

*Quod in Græco Iulianus his adiicitur, vitioſum iudico.

PRAEFATIO.

QVEMADMODVM *virtutis vis in rebus aduerſis ſemper elucet, ita etiam Imperatoria cura & gubernatio in ſubditorum controuerſiis manifeſta fit. Et optandum quidem nobis eſt, nequid vnquam reipublicæ noſtræ aduerſi eueniat: verùm ſi aut rerum humanarum mutabilitas, aut commota ad id diuina voluntas mortalibus mala immittat, deſuper benignè inducta caſtigatio Imperatoriæ curæ benignitatiſq; occaſio fit. Quod ſanè hoc tempore* ita euidenter *accidit, vt opus expoſitione non ſit. Cùm enim mortis aculeus & periculum omnia loca peruagata ſint, quod quiſq; ſenſit, nemini audire neceſſe eſt. Quando itaq; multa ex improuiſo inciderunt, quæ non temerè tempus aliud induxiſſet, qui in corpore ac collegio argentariorum recenſentur nos acceſſerunt, dicentes hæredes nonnullos ac*

ſucceſſo

προσῆλθον ἡμῖν, φάσκοντες τινὰς κληρονόμους καὶ διαδόχους τινῶν ἀγράφως παρὰ τῶν ἀργυροπρατῶν χρυσίον ἢ καὶ ἄργυρον ἢ καὶ ἕτερα εἴδη κομισαμένων, εἰς ἀγνωμοσύνην ὁρᾶν. οἷα μηδὲ τῶν λαβόντων περιόντων, μηδὲ αὐτῶν τῶν κληρονόμων ἢ διαδόχων δυναμένων δὲ ἀγράφων ἐλέγχεσθαι.

ΚΕΦΑΛ. α.

Τοῦτο τοίνυν θεραπεῦσαι σπουδάζοντες, θεσπίζομεν, τοὺς κατὰ τοῦτον ὀχλουμένους τὸν τρόπον, πρό γε πάντων πρὸς τὸ ὀρθὸν συνειδὸς ἀποβλέποντας, ἀνενδοιάστως ὁμολογεῖν τὰ δοθέντα παρὰ τῶν ἀργυροπρατῶν ἐκείνοις ὧν αὐτοὶ ὑπῆλθον τὰ δίκαια. ταυτὸ δὲ τοῦτο καί τινας περιόντας περὶ τοὺς ἐκ τοῦ κατ' αὐτοὺς συστήματος πράττειν. ὅπερ καὶ παρὰ τῶν οἰκείων ὀχλουμένων παρὰ τῶν αὐτῶν διαδίκων γίνεσθαι προστάττομεν. εἰδότος ἑκατέρου μέρους ὡς εἰ ἐλεγχθείη ἢ διὰ τῆς τῶν ὑπουργησάντων φωνῆς, ἢ διὰ τῆς τῶν ἡμερησίων καταγραφῶν μεθ' ὅρκου γινομένης προσαγωγῆς, ἢ δι' ἄλλης τινὸς ἱκανῆς ἀποδείξεως. ἐν διπλῷ οἱ ἀγνωμονοῦντες καταθήσουσιν ἀπεριδολίως καὶ κατὰ ἀγνωμοσύνην ἠρνοῦντο, ἢ κρύψαντες, ἢ γνῶναι τὸ τοῦ πράγματος ἀληθὲς ἀμελήσαντες.

ΚΕΦΑΛ. β.

Δεύτερον ἡμῖν παρὰ τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ τῶν ἀργυροπρατῶν σωματείου ἀνηνέχθη κεφάλαιον, ὥστε μὴ ἀναγκάζεσθαι αὐτοὺς ταῖς προσ-

ſucceſſores quorundam, qui ſcriptura non interueniente ab argentarijs aurũ, aut argentum etiã, aut alias ſpecies accepiſſent, ad perfidiã improbitatemq; ſpectare: quòd videlicet neque qui cæperunt ſupereſſent: neque ipſi hæredes, ſiue ſucceſſores, cùm contractus conſcripti non ſint, conuinci poßint.

CAPVT I.

HVic igitur rei mederi conantes, ſtatuimus, vt qui ad hunc modum iudicium ſubeunt, oculis in conſcientiã defixis, expreßè ac plenè quæ illis in quorum bona & ius ſucceſſerunt, ab argentarijs data ſint, confiteantur: vt etiã qui adhuc ſuperſtites ſunt, eius collegij quod ipſis actionẽ intendit, argentarijs idipſum faciant. Idem etiã à ſeruis, qui ab iiſdem iudicibus examinantur, fieri iubemus. Sciat verò vtraque pars, ſi miniſtrorũ teſtimonio, aut quæ cũ iureiurando fiat, diariorũ productione, aut alia etiã aliqua ſufficienti probatione res conuincetur, quòd qui improbè egerint, quæ fraudulenter & per improbitatem negauerint, in duplũ dependent, ſiue rei veritatem occultauerint, ſiue illam cognoſcere neglexerint.

CAPVT II.

ALterum ad nos ab eiuſdem corporis argentarijs relatum caput eſt, vt ne teneantur quæ ab illis cum quibus contraxerunt,

προσφερομέναις παρ' αὐτῶν τῶν συναλλακτῶν ὁμολογίαις, ἢ πιττακίοις, ἢ λογοθεσίοις τῇ ἐκείνων καταγραφείσαις χειρὶ, εἶτα ἀμφιβαλλομένοις, διὰ τῆς τῶν ἀγοραίων συμβολαίων συγκρίσεως τὴν πίστιν ἐπιτίθεναι. διὰ τὸ τὸ καθ' αὐτοὺς σύστημα πολλοῖς μὲν, μάλιστα δὲ τοῖς συγγενέσιν ἀνθρώποις πιστεύειν, μὴ ἀνεχομένοις τὰ ἑαυτῶν δημοσιεύεσθαι συναλλάγματα, ἢ τὴν τῶν οἰκείων πραγμάτων φανεροῦσθαι κατάστασιν, καὶ βουλομένοις, ὡς εἰκὸς, τοῖς ἔξωθεν μείζονας ἢ ἐλάττονας φαίνεσθαι· ἀλλὰ χρῆναι τὰ γενόμενα εἰς αὐτὰ ἰδιόχειρα, καθὰ εἴρηται, γράμματα, τὴν ἴσην τῶν ἀγοραίων συμβολαίων δύναμιν ἔχειν.

¶ Καὶ ἐν τούτῳ τοίνυν ἡμᾶς ὁδὸν τινα μέσην I
βαδίζοντες, ἥπερ καὶ τοὺς ἀργυροπράτας κατὰ τῶν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις κεφαλαίοις δικαίων, καὶ αὖθις ἐκείνους κατ' αὐτῶν βουλόμεθα χρήσασθαι. θεσπίζομεν, εἰ τοιαῦτα προφέρουσιν ἰδιόχειρα τῶν συναλλαξάντων γράμματα, εἴπερ ἢ αὐτὸς οὗ τινος εἶναι λέγεται, ἢ οἱ αὐτοῦ κληρονόμοι τε καὶ διάδοχοι οὐ δύνανται μεθ' ὅρκου δόσεως ἀπαρνήσασθαι, οἷα παρ' ἐκείνου γεγράφθαι οὗπερ ὄνομα φέρουσι, τὴν ἀναργυρίαν μὴ προβαλλόμενοι· ἀλλὰ κἂν δυνηθείη πρὸς τούτοις ὁ ἀργυροπράτης ἐξ ἀγοραίου γραμματείου τὸ ἄγραφον πιστώσασθαι, ἢ αὐτὸς μὲν τοῦτον καθομολογήσει, ὁ δὲ ἀντίδικος μὴ δυνηθείη ἐκ τῆς ἄλλου ἀγοραίου συγκρίσεως ἐλέγξαι τὸ ψεῦδος· τηνικαῦτα ἐκ τῆς ὁμο-

λογί

runt, confeſsiones, tabulæ, aut ratiocinia ipſorum manu conſcripta, ſibi exhibita ſunt, poſteaq́; in dubium deuocantur, iſta ipſi per publicorum inſtrumentorũ collationem probare: propterea quòd ipſorum collegium multis & præcipuè nobilibus credat, qui contractus ſuos publicari, aut ſtatum rerum ſuarum manifeſtum fieri non ſuſtinent, maluntq́; (vt conſentaneum eſt) diuites quàm obærati aliis videri: ſed vt propria manu (vt dictum eſt) in ſe conceptæ literæ eandem cum publicis inſtrumentis vim obtineant.

1 ¶ *Et in hoc mediam quandam nos viam ingreßi, qua & argentarios aduerſus eos qui de talibus capitulis litem mouebunt, & rurſus hos aduerſus illos vti volumus, ſtatuimus, vt ſi iſtiuſmodi illorum qui contraxerunt propria manu ſcriptas literas argentarij proferant, quas aut ipſe cuius eſſe dicuntur, aut ipſius hæredes ſucceſſoréſue non poſſunt cum iureiurando abnegare, tanquam* proculdubio *ab illo cuius præ ſe nomen ferunt ſcriptæ ſint, numeratam pecuniam non eſſe opponi nequeat. Inſuper verò ſi argentarius ex publico inſtrumento*† *propriæ manus ſcripturam confirmare poßit, aut ipſe quidem id negligat, aduerſarius vero ex alterius publici ſcripti comparatione ſcripturam illam vt falſam redarguere nequeat: tunc ex inſtrumentis, quæ illorum*

† Non ἄγραφον, ſed ἰδιόγραφον, aut potius ἰδιόχειρον lego.

λογημένων καὶ ἀναμφιβόλων καὶ τῇ τῶν μαρτύρων ὑπογραφῇ βεβαίων ἰδιοχείρων συμβολαίων, πρὸς τὰ παρὰ τῶν ἀργυροπρατῶν ἢ κατ' αὐτῶν προφερόμενα τῶν συναλλαξάντων ἰδιόχειρα γράμματα τὴν σύγκρισιν γίνεσθαι. καὶ εἶναι αὐτὰ βέβαια, οὐκ ἐλάττονα τῶν ἀγοραίων συμβολαίων ἔχοντα δύναμιν, οἷα οὐκ ἀσφαλείας αὐτοῖς ἐνούσης, ἀλλὰ μόνου τοῦ σχήματος. οὐδενὸς τοῖς ἐκδιδοῦσι γινομένου προκρίματος ἐκ τοῦ μὴ ἐγκεῖσθαι ὑποθήκας ἢ κληρονόμων ἢ διαδόχων ὄνομα τοῖς παρ' αὐτῶν συναλλαξάντων εἰς αὐτοὺς ἐγγράφοις γενομένοις.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Ἔξουσι δὲ οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τῶν ἀργυροπρατῶν σωματείου, ἐξ ἴσου δὲ καὶ οἱ συναλλάκται, τὰς ὁμοίας κατ' αὐτῶν ἀγωγὰς κινοῦντες, ἄδειαν, εἴπερ τινὲς τῶν τετελευτηκότων δι' ἀπορίαν κληρονόμους μὲν οὐκ ἔσχον, χρεώστας δὲ κατέλιπον, ἢ καὶ πράγματά τινα ἐκείνοις διενεγκόντα ἐν παραθήκῃ ἢ ὑποθήκῃ παρά τισιν εὑρίσκεται. κινεῖν κατ' ἐκείνων τὰς ἁρμοζούσας αὐτοῖς ἀγωγὰς, καὶ τὸ ἱκανὸν ἐξ αὐτῶν ἑαυτοῖς περιποιεῖν. τὰ ὅμοια δὲ αὐτοῖς φυλαχθήσεται καὶ ἐπὶ ταῖς τῶν ζώντων συναλλακτῶν καὶ χρωστούντων αὐτοῖς, ὥστε ἐξεῖναι τοῖς ἐνάγουσιν ἢ καὶ ἐναγομένοις βουλομένοις, κἂν μὴ τοῖς συμβολαίοις ὑποθήκης ἐμφέρεται μνήμη, ὑποθηκαρίας ὅμως κινεῖν ἀγωγὰς, ὡς φύσει τοῖς τῶν ἀργυροπρατῶν καὶ τῶν συμβαλλόντων αὐτοῖς συναλλάγμασιν ἑπομένας, καὶ ἔχειν κατὰ τῶν ὑστέ-

illorũ manu de quibus agitur *conſcripta eſſe certò conſtat, & teſtium ſubſcriptione ſtabilita ſunt, ad ea* eorundẽ *ſcripta, quæ ab argentarijs, aut aduerſus eos ab ijs qui contraxerunt, proferuntur, cõparatio fiat, firmaq́; ſint, nec minorem quàm publica inſtrumenta vim & authoritatem habeant, non ex firmitate & vigore qui illis inſit, ſed ex ſola forma.* N*ihil etiam præiudicij in hoc ſupplicibus ſit, quòd in ſcripto ab ijs qui contraxerunt ipſis dato, hypothecæ, aut heredũ ſucceſſorúmve nomina non inſint.*

CAPVT III.

E*Iuſdem porrò corporis argentarij, ſimiliter etiam qui cum illis contrahunt, dummodo ſimiles aduerſus illos actiones moueant, facultatem habebunt, vt ſiqui defuncti propter inopiam hæredes non habuerint, debitores verò reliquerint, aut res aliquæ quæ ad ipſos pertineant, apud aliquos depoſitæ oppigneratæve inueniantur: aduerſus illos cõpetentes actiones moueant, & ex illis ſatisfactionem ſibi parent.* Idem *etiam ipſis in"bonis illorũ qui cũ ipſis contraxerunt, & debent, dũ illi adhuc viuunt, ſeruabitur, vt ipſis, ſiue actores, ſiue rei ſint, ſi velint, tametſi in inſtrumentis hypothecæ nulla mentio inſit, hypothecarias tamẽ actiones mouere liceat: quaſi eæ naturaliter argentariorũ, eorumq́; qui cũ ipſis contrahunt contractus comitentur.* H*abebũt verò id etiã, vt tẽpore poſte-*

Poſt αὐτοῖς addo περιεστίαις quod latinis reſpondeat.

ρων τῷ χρόνῳ δηλονότι δικαιοῦν τὴν προτίμησιν. ἄδικον γὰρ τυγχάνει καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων χρόνων δικαιοσύνης ἀλλότριον, τοὺς μὲν δανειστὰς τῶν ἰδίων στερεῖσθαι πραγμάτων, τοὺς δὲ χρεωστοῦντας τοῖς ἀλλοτρίοις ἐντρυφᾷν.

ΚΕΦΑΛ. α.

Κἀκεῖνο δὲ τῇ ἡμετέρᾳ περὶ αὐτοὺς ἐπικουρίᾳ προστίθεμεν. ἐπειδὴ γὰρ τοῖς παρ' αὐτοῖς γενομένοις συναλλάγμασι σφόδρα ἐναντίος ἡμῶν νόμος ἀνθίσταται, ὁ παρακελευόμενος τοὺς δανειστὰς μὴ χωρεῖν κατὰ τῶν πριαμένων τινὰ παρὰ τοῦ χρεωστοῦντος, πρὶν ἂν οἱ πρωτότυποι χρεῶσται ἄποροι διὰ τῆς ἐκστάσεως ἀποδειχθῶσιν (ὅπερ αὐτοῖς πάνυ καθέστηκε φορτικὸν, διὰ τὸ τοὺς ἀγοράζοντας, ὡς ἔκ τινος ἔθους, καὶ βεβαιωτὰς ζητεῖν, καὶ τὴν ἄλλην ἑαυτοῖς ἀσφάλειαν περιποιεῖσθαι, αὐτοῖς δὲ τοῦτο μήτε ἔθος μήτε τὴν ταχεῖαν τῶν συναλλαγμάτων ἔκβασιν συγχωρεῖν) θεσπίζομεν διὰ τοῦ παρόντος θείου πραγματικοῦ τύπου, κατ' ἰδικὴν αὐτοῖς διδομένην φιλοτιμίαν, μὴ δυναμένην ἑτέρῳ προσώπῳ, ἢ μισθοδίῳ, ἢ σωματείῳ, ἢ ἐπιτηδεύματι παντελῶς ἁρμόζειν, τοιαύτης αὐτούς τε καὶ τοὺς αὐτῶν συναλλάκτας, ἡνίκα κατ' αὐτῶν ἀγωγὰς κινοῦσι, προνομίας ἀπολαύειν, ἐν τῷ ἐπιζητεῖν τε καὶ διώκειν τὰ πράγματα, ἐφ' οἷς αὐτοῖς ὁ χρόνος παρέχει προτίμησιν, ὁποῖα πρὸ τῆς ἡμετέρας ἔσχον νομοθεσίας.

rioribus creditoribus præſtrantur. Non æquũ enim eſt, à noſtrorumq; temporum Iuſticia alienum, eos qui bene de aliis merentur, rebus ſuis priuari: qui verò debent, ſuperbire de alieno.

CAPVT IIII.

ILlud ſanè etiam in illorum ſubſidium adiicimus. Quoniam enim quæ ab ipſis ineuntur contractibus vehementer nouella noſtra lex repugnat, quæ iubet ne creditores aduerſus eos qui aliquid à debitoribus emerint, prius iudicio agant quàm principales debitores per ceſſionem bonorum non ſoluendo eſſe conſtet, (id quod admodum illis graue & moleſtum fuit, propterea quòd qui emunt, velut ex conſuetudine quadam & ob euictionem *fideiuſſores quærant, & aliam ſibi omnem ſecuritatem parent: ipſis verò id neque conſuetudo, neque in conficiendis contractibus celeritas permittat) per præſentem ſacram pragmaticam formam, eam ſpeciali munificentia ipſis elargimur, quæq; alteri perſonæ, collegio, corpori, aut officio nullo modo competat, ſtatuimus, vt & ipſi & qui cum ipſis contrahunt, quando aduerſus ipſos actiones inſtituunt, in inquirẽdis perſequendisq; rebus in quibus ipſis tempus prærogatiuam præbet, tali priuilegio vtantur, quale ante legis noſtræ lationem ha-*

σίας. ὥστε αὐτοὺς μὴ βαρουμένους τῇ ἀποδεί-
ξει τῆς τῶν χρεωστούντων ἐκστάσεως, εἴπερ μὴ δυ-
νηθῶσι παρὰ τοῦ πρωτετύπου τὸ ἱκανὸν ὑπομεῖ-
ναι, χωρεῖν κατὰ τῶν ἐκποιηθέντων ὑπ' ἐκεί-
νων πραγμάτων, καὶ δὴ ἰδικῆς ἢ γενικῆς ὑποθήκης
αὐτοῖς ὑποκειμένων, ἐφ' ὧν, καθὰ εἴρηται, προγε-
νέστερα τῶν ἄλλων δανειστῶν ἔχουσι δίκαια. οἰό-
μεθα γὰρ τὰ τῷ προειρημένῳ σωματείῳ καὶ τοῖς
αὐτῶν συναλλάγμασι παρεχόμενα, ἐς τὴν κοινὴν
συντείνειν εὐεργεσίαν· οἷα αὐτῶν οὐκ ὀλίγοις τι-
σὶν ἀλλὰ τοῖς ἐν πάσῃ σχεδὸν τῇ πολιτείᾳ γινο-
μένοις συναλλάγμασιν ὑπουργούντων.

ΚΕΦΑΛ. ι.

ΚΑὶ τοῦτο δὲ αὐτοῖς παρασχεῖν αἰτοῦσι συνεί-
δομεν, ὥστε ἡνίκα αὐτοῖς ἐπάγωσι δί-
κας καὶ εἰς τὴν τῆς δεκατημοιρίας ὁμολογίας
συνελκύωνται, μὴ ἀπαιτεῖσθαι ἐγγύας, ἀλλὰ ἀρ-
κεῖν τὴν αὐτῶν ἐπὶ τούτῳ γινομένην κατάθε-
σιν. οἷα ἀξίων ὄντων ὑπὲρ ἑαυτῶν πιστεύεσθαι,
ὧν ἡ πίστις καὶ ὑπὲρ ἑτέρων ἀρκεῖν νομίζεται.
πρόδηλον δὲ ὡς εἰ τῷ νόμῳ ὑποπεσοῦνται, οὐδὲν
αὐτοὺς ὠφελήσει τὸ ἐγγυητὴν μὴ παρασχεῖν.
ἀλλὰ καὶ οὕτως καταθήσουσι τὴν τῆς δεκατη-
μοιρίας ποινήν, ὥσπερ καὶ οἱ ἐνάγοντες αὐτοῖς·
καὶ πρός γε οἱ παρ' αὐτῶν ἐναγόμενοι, ταῖς
ὁμοίαις ὑποτεθήσονται ποιναῖς. ταύτης καὶ
μόνης τῆς διαφορᾶς ἐπὶ τούτῳ τῷ κεφα-
λαίῳ οὔσης, ὥστε, καθάπερ ἔμπροσθεν
εἴρηται,

buerunt: vt probatione debitores bonis ceßiſſe non grauati, ſiquidem ſatisfactionem à principalibus conſequi nequeant, aduerſus res ab illis abalienatas, & ex ſpeciali generalíve hypotheca ipſis obnoxias, in quibus (vt dictum eſt) antiquius quàm alij creditores ius habent, actionem mouere poßint. Exiſtimamus enim, quæ prædicto argentariorum corpori, & qui cum ipſis contrahunt conceduntur, in communem ſe beneficentiam extendere: ideò quòd illi non paucis quibuſpiam, ſed omnibus ferme quæ in vniuerſa republica fiunt contractibus miniſterium præſtent.

CAPVT V.

HOc quoque illis ad petitionem ipſorum concedere viſum eſt, vt quando dicam aliquibus impingunt, & ad promißionem decimæ partis adiguntur, ne ab illis fideiußiones exigantur, ſed ſufficiat ipſorum hac de re factum promiſſum: quippe qui digni ſint quibus per ſe credatur, quum ipſorum fides & pro alijs ſufficere exiſtimetur. Illud manifeſtum ſit, quòd ſi legi ſuccubuerint, nihil illis proderit fideiuſſorem non dediſſe: ſed nihilominus decimæ partis pœnam depenſuri ſunt, quemadmodum & qui illos in ius vocant, ipſis. Inſuper & qui ab illis in ius vocantur, ſimilibus pœnis ſubijcientur. Hoc vnum diſcrimen in hoc capite fuerit, quòd (quemadmodum iamiam di-*

ἔρηται, τοῖς ἐκ τοῦ συστήματος τῶν ἀργυροπρατῶν ἐνάγουσι τὴν τῶν ἐγγυητῶν δόσιν ἐπὶ τῇ δεκατημοιρίᾳ κατ' ἰδικὴν ἡμῶν τινα φιλοτιμίαν συγκεχωρῆσθαι.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ εἰς διάφορα τοὺς ἱκέτας ἕλκεσθαι δικαστήρια (καὶ μάλιστα πλείστους ὄντας συναλλάκτας, καί, οἷα συμβαίνει, ὀλίγους εὐγνώμονας) οὐ μόνον αὐτοῖς βλάβην ἀλλὰ καὶ τοῖς κοινοῖς πράγμασιν ἐμπόδισμα φέρειν εὑρίσκεται· καὶ ἐν τούτῳ τῷ μέρει τὴν προτέραν ἡμῶν περὶ αὐτοὺς μιμούμεθα προμήθειαν, καὶ παρακελευόμεθα αὐτοῖς εἶναι ἰδικοὺς δικαστάς, εἴτε ἐνάγουσιν, εἴτε ἐνάγοιντο, τήν τε σὴν λογιότητα, καὶ Πέτρον τὸν ἐνδοξότατον κόμητα τῶν θείων ἡμῶν λαργιτιώνων, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρίκιον· ὥστε παρὰ θατέρῳ τούτων, τὰς κινηθησομένας μεταξὺ αὐτῶν τε καὶ ἑτέρων οἱασοῦν δίκας, ἢ καὶ ἤδη παρὰ τοῖς πρότερον αὐτοῖς παρ' ἡμῶν δεδομένοις δικασταῖς, εἶτα ἀποβιώσασιν ἐναρχθείσας, σκοπεῖσθαι, καὶ σύντομον καὶ τοῖς ἡμετέροις νόμοις συμβαῖνον δέχεσθαι πέρας· καὶ τοὺς ἱκέτας τῆς τῶν πραιτωρίων τριβῆς ἀπαλλαττομένους σχολάζειν τῷ οἰκείῳ ἐπιτηδεύματι, τοσοῦτόν τε εὐγνωμονέστερον φέρεσθαι περὶ τὰ τῶν ὑπηκόων συναλλάγματα, ὅσον οἱ αὐτοὶ ἧττον ἀγνωμοσύνης πειρῶνται, ἢ ἀγνωμονεῖν ἐπιχειροῦντες, οὐ συγχωροῦνται ἀδίκους αὐτοῖς ἐπιφέρειν βλάβας.

Ἀλλ'

ctum eſt) qui è collegio argentariorum actiones inſtituunt, fideiuſſorum datio in decima parte per ſpeciale noſtrum beneficium his condonata & remiſſa ſit.

CAPVT VI.

QVoniam verò quòd ſupplices ad diuerſa tribunalia protrahuntur (idcirco quòd eorum qui cum ipſis contrahunt infinitus numerus ſit, & , vt contingit, pauci probi ſint & grati) non ſolùm ipſis damnum, verumetiam communibus rebus impedimentum inferri compertum eſt: etiam in hac parte priorem noſtram circa illos prouidentiam imitamur, ac iubemus vt ſpeciales illis iudices ſint, ſiue in ius vocent, ſiue vocentur, & prudentia tua, & Petrus glorioſiſſ. ſacrarum noſtrarum largitionum comes, conſularis & patricius: vt apud vtruncumque horum mouendæ inter ipſos & alios qualeſcunque controuerſiæ, aut etiam apud iudices antehac à nobis illis datos ac deinde defunctos iam motæ, examinentur, atque breui finem, qui noſtris legibus conueniat, capiat: & ſupplices prætoriorum vexatione liberati, officio & rebus ſuis vacent: tantoq; candidius & libentius ſubditorum contractibus operam nauent, quanto minore improbitate & ingratitudine tentantur, aut qui improbi eſſe conantur, iniqua illis damna inferre non ſinuntur.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμῖν καὶ ἄλλον τινὰ τῶν δολερῶν ἀνθρώπων ἐφανέρωσαν δόλον, ἀπαγγείλαντες ὡς τινὲς μὲν δανεισάμενοι ἢ δανειζόμενοι παρὰ τῶν ἐκ τοῦ εἰρημένου συστήματος χρήματα, ἠγόρασαν ἢ ἀγοράζουσι κτῆσιν ἀκίνητον, ὀνόματι τῶν οἰκείων γαμετῶν ἢ ἄλλων τινῶν περὶ αὐτοὺς ὄντων, πρὸς περιγραφὴν τῆς γενικῆς ὑποθήκης τῶν ὄντων αὐτοῖς καὶ ἐσομένων πραγμάτων· τινὲς δὲ τὰ ἑαυτοῖς κεχρεωστημένα παρὰ τῶν ὑπευθύνων ἀναλαμβάνοντες, ἢ ἐν χρήμασιν ἢ ἐν ἀκινήτοις προσόδοις τοῖς πράγμασιν, οὐκ εἰς ἴδιον πρόσωπον, ἀλλά, καθὰ εἴρηται, ἢ εἰς τὸ τῶν συμβιουσῶν ἢ συγγενῶν τὴν τοιαύτην καταβολὴν ἢ ἐκχώρησιν τῶν πράξεων γίνεσθαι παρὰ τῶν ἐποφειλομένων παρασκευάζουσιν· ὥστε διὰ τῆς τοιαύτης μεθόδου ἐκείνους μὲν ἀπορίαν προΐσχεσθαι, αὐτοὺς δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων τῶν ἀργυροπρατῶν σωματείου εὐεργέτας τυγχάνοντας, μὴ δύνασθαι ἐκείνοις ἐνάγειν πρὸς οὓς οὐ δοκοῦσι πεποιηκέναι συνάλλαγμα· καὶ ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ ἴσην φιλοτιμίαν τοῖς τε ἀργυροπράταις, τοῖς τε κατ' αὐτῶν ὁμοίας ὑποθέσεις κινοῦσι παρέχοντες, κελεύομεν ὥστε εἰ δειχθείη τῶν ἐποφειλόντων τις δόλῳ τὸ μὴ νέμεσθαι τὰ αὐτῷ προσήκοντα ποιησάμενος, καὶ ἐς ἕτερον σιωπηρῶς τὰ οἰκεῖα μεταγαγὼν δίκαια, ἐξεῖναι τοῖς ἐνάγουσι διὰ τῆς in rem ἢ δι' ἄλλης νομίμου ἀγωγῆς, καὶ ἐλέγχειν τὸ γινόμενον, καὶ χωρεῖν κατὰ τῶν εἰρημένων πραγμάτων, ὡς τῶν χρεωστῶν τυγχανόντων καὶ πάντα

CAPVT VII.

PORrò poſtquam & aliam nobis doloſorum hominum fraudem expoſuerunt, denunciantes quomodo quidam à dicti collegij argentarijs pecunias mutuati aut mutuantes, emerint aut emant poſſeßiones immobiles, ſuarum vxorum aliorúmve quorumpiam familiarium nomine, quò videlicet generalem illam acquiſitorum acquirendorumq; bonorum oppignerationem circumſcribant: nonnulli etiam quæ ſibi debentur, à debitoribus aut in pecunijs, aut omnino in immobilibus rebus recepturi, non in ſuam perſonã, ſed (quemadmodum dictum eſt) aut vxorum, aut cognatorum iſtiuſmodi ſolutionem, ceßionem, aut venditionem faciendam curent, quò per iſtiuſmodi rationem inopiam prætendere poſſint: ipſi verò qui ex dicto argentariorum corpore de illis benemeriti eſſent, hos quibuſcum contractum ijſſe non videantur, in ius vocare nequeant: in hoc quoque capite parem munificentiam argentarijs, & qui aduerſus ipſos ſimiles controuerſias mouent exhibentes, iubemus, vt ſi debitorum quempiam dolo feciſſe quominus res ſuas poßideat, aut ius ſuũ clàm in alium transtuliſſe demonſtretur, liceat actoribus in rem, aliáve legitima actione id factum eſſe oſtendere, aduerſusq; dictas res, quaſi debitoris ſint, procedere, & vndique

χθὲν τῆς μηχανῆς ἀπολλυμένης, τὸ ἀζήμιον αὐτοῖς ἐπί τε τῷ χρέει ἐπί τε τοῖς ἐπὶ τούτῳ γενομένοις δαπανήμασι περιποιεῖν. ἴσμεν γὰρ τὴν τῆς σῆς λογιότητος καὶ τοῦ μνημονευθέντος ἐνδοξοτάτου ἀνδρὸς ἀκρίβειαν τοιαύτην ὑπάρχειν, ὥστε οὕτω τὰς κινηθείσας καὶ οὔπω πέρας δεξαμένας, ἢ καὶ ὕστερον κινηθησομένας ὑποθέσεις διαθεῖναι, ἐφ' ᾧτε μήτε τοὺς ἱκέτας ἐκ τῆς τῶν χρεωστῶν ἀγνωμοσύνης ἢ ῥᾳδιουργίας ἄδικον ὑπομεῖναι βλάβην, μήτε δὲ τοὺς ἀθῴους διὰ τῶν ἀδίκων στρεβλώσεων ἀκαίρους ὑποστῆναι διαστροφάς. ἀλλὰ καὶ τὰ πρώην τοῖς δεηθεῖσι παρασχεθέντα, κύρια καὶ ἀσάλευτα μένειν, καὶ τὰ διὰ τοῦ παρόντος θείου ἡμῶν φιλοτιμηθέντα πραγματικοῦ τύπου, κατὰ τὸν ἡμέτερον ἐκτελεσθῆναι σκοπόν· οἵπερ σπουδάζομεν τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας ὀρθῶς καὶ ἀρραδιουργήτως τοῖς πράγμασι προσιέναι, καὶ τοὺς ὀφείλοντας, διὰ τὸ τοῖς τῆς πολιτείας πράγμασιν ὑπουργεῖν, ἡσύχου ἀπολαύειν βίου, μὴ διὰ τὰς τῶν ἀγνωμονούντων μηχανὰς δικαστηρίοις καὶ ταῖς ἐξ αὐτῶν προσομιλεῖν δυσχερείαις τε καὶ ζημίαις.

ΚΕΦΑΛ. ε.

Ὅπερ δὲ ἐν ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων κεφαλαίων ἰδικῶς ἐθήκαμεν, τοῦτο γενικῶς ἐν τῷ τοῦ λόγου ἐπισφραγίσματι θεῖναι συνείδομεν, ἐφ' ᾧ τε ἐν ἅπασι τοῖς προλεχθεῖσιν ἴσα προνόμια τοῖς ἐν τῷ προειρημένῳ τῶν ἀργυροπρατῶν σωματείῳ καταλεγομένοις, καὶ τοῖς αὐτῶν κληρονόμοις καὶ διαδόχοις,

ἐφ'

technis pulſis, indemnitati ſuæ & in debito & in hoc factis expenſis conſulere. Eam *autem prudentia tuæ memoratiq; glorioſiſs. viri diligentiam eſſe ſcimus, vt iam motas, nondum autem finitas, aut in poſterum etiam mouendas controuerſias ita dijudicaturi ſitis, vt neque ſupplices ex debitorum improbitate aut fallacia iniuſtum diſpendium ſubeant, neque innoxij ex iniquis obliquisq; commentis importunas euerſiones ſuſtineant.* Ita *verò etiam, vt quæ nuper ipſis petentibus præbita ſunt, rata & inconcuſſa maneant, & quæ per præſentem ſacram noſtram pragmaticam formam liberaliter conceduntur, ad mentis voluntatisq; noſtræ ſcopum perficiantur: qui hoc agimus, vt omnes ſubditi rectè & non captioſè in negotijs verſentur, & "quibus debetur, quòd miniſterium reipub. negocijs præbeant, quieta vita fruantur, ac neutiquam per improborum machinationes iudicijs, quæq; inde manant difficultatibus & diſpendijs implicentur.*

"Pro ὀφείλοντας lego ὀφειλομένους, quo Iuſtinianus frequētiſsimè vtitur.

CAPVT VIII.

C*AEterum quod in quoque dictorum capitum ſpecialiter poſuimus, id in orationis obſignatione & fine generaliter ponere viſum eſt, vt in omnibus prædictis, his qui in prædicto argentariorum corpore recenſentur, eorumq; hæredibus & ſucceſſoribus,*" tum etiā illis qui cum ipſis contrahunt, ac eorum

"Quod deeſt (deeſſe autem

hære

ἐφ᾽ οἷς κατὰ τῶν ἀργυροπρατῶν κινοῦσιν, ὑπάρ-
χειν. πρέπει γὰρ ἐκείνην ἑκάτερον μέρος τὴν ἀ-
κεραιότητα ἐν τοῖς οἰκείοις συναλλάγμασί τε
καὶ πράγμασι διαφυλάττειν, ἣν ἑαυτῷ ζητεῖ
παρὰ τοῦ ἑτέρου φυλάττεσθαι. ¶ Ταῦτα τοί- 1
νυν διὰ τοῦ παρόντος θείου ἡμῶν πραγματικοῦ
τύπου κελεύοντες, καὶ τοῦτο προστίθεμεν, ὥστε
τὴν σὴν λογιότητα καὶ ἅπαντας τοὺς μεγά-
λους ἄρχοντας συνελθεῖν τοῖς ἐν τῷ προειρημένῳ
συστήματι καταλεγομένοις· ὥστε εἴτε διὰ προσ-
ταγμάτων, εἴτε διὰ γραμμάτων, εἴτε δι᾽ ἑτέρου
οἱουδήποτε συνήθους τρόπου, μετὰ τῆς τοῦ νόμου
ἀκολουθίας, τυχεῖν αὐτοὺς τῆς δεούσης ἐπικουρίας,
καὶ δυνηθῆναι κατὰ τῶν ἀγνωμονούντων
βοηθηθῆναι, καὶ μὴ ἀναγκασθῆναι καὶ αὐτοὺς
ἀγνώμονας ἑτέροις φαίνεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν-
δείξασθαι τὸ συγγνωμονικὸν καὶ σύγγνωμον πρὸς
τοὺς ἑαυτῶν συναλλάκτας· οἷα τοῦ σοῦ καὶ τῇ
τῶν ἡμετέρων χρόνων ἀγαθότητι, καὶ τοῖς ἁπά-
σης τῆς πολιτείας συναλλάγμασι πρέποντος.
ὧν τὰ μέγιστα καὶ ἀναγκαιότατα διὰ τοῦ προ-
ειρημένου ἀεὶ συστήματος γίνεται. ¶ Τὰ τοί- 2
νυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πρα-
γματικοῦ δηλούμενα τύπου, ἥ τε σὴ λογιότης καὶ
πᾶς ἕτερος δικαστὴς τῆς ἡμετέρας πολιτείας βέ-
βαια φυλαξάτω, ἀδείας οὔσης τοῖς ἱκέταις ἐν παν-
τὶ δικαστηρίῳ, μείζονί τε καὶ ἐλάττονι, ἐμφανίζειν
τόνδε τὸν θεῖον πραγματικὸν τύπον, καὶ τοῦτον
ἀναλαμβάνειν, καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ τυγχάνειν βοηθείας,
τοιαύ-

hæredibus & ſucceſſoribus, *in quibus rebus aduerſus argentarios actiones mouent, æqualia priuilegia ſint.* Conuenit *enim, vt vtraque pars eam ſimplicitatem integritatemq; in contractibus ac negocijs ſuis ſeruet, quam ſibi ab altera ſeruari velit.*

quiddam, non orationis ſtructura modò, verum etiam ſenſus indicat) tale eſſe certò mihi colligere videor.

1 ¶*His demum per præſentem ſacram noſtram pragmaticam formã iuſſis & hoc addimus, vt prudentia tua omneſq; magni magiſtratus eos qui in prædicto collegio recenſentur iuuent, vt ſiue per edicta, ſiue per literas, ſiue per alium quencunq; conſuetũ modum ſeruato iuris ordine competens ſubſidium conſequantur, poßitq; illis aduerſus improbos ſuccurri, neq; cogantur & ipſi aduerſus alios improbi eſſe, ſed æquos atq; bonos ſe illis, qui cum ipſis contrahunt, exhibeant: quippe quũ "id noſtrorum temporũ bonitati vniuerſæq; reip. contractibus, quorũ præcipui quiq; & maximè neceſſarij ſemper per prædictum collegium fiunt, conueniat.*

" Pro τῶ σῶ, lego τέτω

EPILOGVS.

¶*Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram pragmaticam declarantur formam, prudentia tua, & quicunq; alius reip. noſtræ iudex, firma ſeruato. Supplicibus verò hanc ſacrã pragmaticã formã in quocunq; iudicio, & maiori & minori, producendi, illamq; recipiendi, ac inde ſubſidium conſequendi facultas eſto:*

vtpote

τοσαύτην ἐν τῇ παρούσῃ ὑποθέσει καὶ τοῖς προειρημένοις κεφαλαίοις δύναμιν ἔχοντος, ὅσην ἐπὶ τοῖς ἄλλοις πράγμασιν οἱ γενικοὶ ἡμῶν ἔχουσι νόμοι. DAT. V. K. MART. CONST. IMP. DN. IVST. P P. AVG. ANN. XV. POST BASIL. V. C. CONS.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΙΚΑΡΙΟΥ τῆς Ποντικῆς.

Ἐδικτον η.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣσῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

ΗΜΕΙΣ μὲν ἀφικῶν τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ταῖς κατὰ τὴν Ποντικὴν διοίκησιν ἐπαρχίαις νομίσαντες, τὸν αἰώθεν ἐπινενοημένον κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους βικάριον κατὰ τὸν ἐν μέσῳ τοῦτον ἐπελθόμενον χρόνον, ἐλέγχειν τῶν ὕστερον γενομένων παρ' αὐτῶν ἁμαρτηθήσεσθαι προσδοκήσαντες. ἀλλ' ἐπεὶ περὶ δὲ αὐτῶν ἔγνωμεν τῶν πραγμάτων ὡς ἄνδρες οἰκοῦσι τὰς ἐπαρχίας ταύτας λῃστείαις τε καὶ φόνοις ἐντεθραμμένοι, καὶ ἄνδρας * φορεῦντας ἀεὶ * θροΐζοντες καὶ * λων χρώμενοι, * * καὶ σύστεις, διαφεύγουσί τε τὰς ὑπὲρ τούτων ποινὰς, τῷ τὰς ἐπαρχίας ἀμείβειν ἐν αἷς ἁμαρτήσουσιν, ἐκδιδοὺς τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων τὴν ἐπιδεδομένην χώραν ἐμβαίνειν τολμῶντος·

ὡς

3 ¶ *Donatam autem à nobis Alexandrinæ vrbi alimoniam vſq; ad decimumquintum menſis Octobris mittet, tradetq́; ſpectabili præfecto Auguſtali * aut ſcriniarij, aut qui ipſorum locum obtinent, hoc petierint: verũtamen ad eandem diem, & in hos terminos, quos ſolium tuũ præſtituerit, ſi & ipſi hæc fieri velint: extra quàm ſi nonnullis in hoc fidem publicam dent, vt è ſacris locis egreßi res ſuas inſpiciant, omnibusq́; modis explendum fiſcum, illive ſatisfaciendum curent: quo hoc tribunalis tui ſcriniarij, qui huius rei periculum in ſe receperunt, accipiant. Nam quæ præter hæc fides publica datur, eam nullam eſſe: atque vbicunque, in ſacris etiam locis, eum qui eo modo fruſtra fidem publicam acceperit, exactionem ſuſtinere volumus. Inſuper &*

τὸν παρασχόντα τοῦτον, ὑποκεῖσθαι ταῖς ἐντεῦ-
θεν εἰσπράξεσί τε καὶ μεθοδείαις, καὶ κληρονόμους
τε αὐτοῦ καὶ διαδόχους καὶ πράγματα.

¶ Εἰ δέ τις τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων 4
παρὰ τὰ εἰρημένα δοίη λόγον, ἀνάγκην ἕξουσιν
οἱ τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας θεοφιλέστατοι οἰκονό-
μοι τε καὶ ἔκδικοι τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν θε-
ραπεῦσαι τῷ δημοσίῳ ζημίαν, πρότερον μὲν οἴ-
κοθεν, καὶ ἐκ τῆς ἰδίας αὐτῶν ὑποστάσεως· εἰ δὲ ἀ-
ποροῖεν, καὶ τῶν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πρα-
γμάτων. Εἰ δὲ τολμήσειε παρὰ γνώμην τοῦ θεοφι-
λεστάτου ἐπισκόπου δοῦναι τινὰ λόγον, οὐ μόνον ἄ-
κυρον παντελῶς ἔσται τὸ γινόμενον, ἀλλὰ καὶ αὐ-
τοὶ τὴν ζημίαν θεραπεύσουσι τῷ δημοσίῳ. πρὸς
τῷ, εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν παρὰ γνώμην τοῦ αὐ-
τῶν ἐπισκόπου, πάντως αὐτοὺς καὶ ἀποκινεῖσθαι τῶν
φροντισμάτων ὧν ἔχουσι, καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐκ-
βάλλεσθαι.

¶ Εἰ δὲ ἄρχων παρὰ τὰ διηγορευμένα δοίη 5
τινὶ λόγον, ὀφείλοντι δημόσια ταῖς τραπέζαις ταῖς
σαῖς ἀφωρισμένα, ἢ οἱ τριβοῦνοι, ἢ οἱ πρωτεύον-
τες ὄντες, * *

ΑΥΤΟ

qui ita fidem dederit, quæ hinc exactiones & damna obueniēt, ijs ipſe & hæredes ipſius atq; ſucceſſores & bona ſubiacebunt.

4 ¶ *Quòd ſi quis* Dei *amantiſs. epiſcoporum contra iam dicta fidem publicam dederit; neceſſe habebunt* Dei *amantiſs. eccleſiæ ipſi ſubiectæ œconomi & defenſores, vt inde proueniens damnum fiſco reſarciant: ac primùm quidem de ſuo & ex bonis ſuis: deinde verò, ſi inopes ſint, ex ipſis etiam ſanctiſs. eccleſiæ rebus.* Verùm *ſi præter voluntatem Dei amantiſs. epiſcopi aliquo modo* " *ipſi dare fidem publicam auſi fuerint, non modò quod factum eſt omnino irritum erit, verumetiam ipſi damnum fiſco reſarcient.* Ad *hoc etiam, ſi tale quippiam præter epiſcopi ſui voluntatem fecerint, & ab officijs quæ habent remouebuntur, & è ſacerdotio eijcientur.*

" Lego τολμήσωσιν αὐτοί.

5 ¶ *Ac ſi præſes contra vetitum modum cuipiam, qui publica tributa tuis menſis aſſignata debeat, fidem publicam dederit, aut tribuni, aut primores,* ****

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

αὐγούστου νεαραὶ διατάξεις.

ΠΕΡΙ ΣΥΓΧΩΡΗΣΕΩΣ

λοιπάδων δημοσίων.

Διάταξις α.

ΟΣΗΝ περὶ τὰ κοινὰ τῶν πραγμάτων εὐθὺς ἐκ προοιμίου τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἐποιησάμεθα πρόνοιάν τε καὶ σπουδὴν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΩΣΤΕ ΔΥΝΑΣΤΑΙ

κατὰ συναίνεσιν λύειν τὸν γάμον.

ΔΙΑ

IVSTINI IMPERATORIS AVGVSTI NOVELLAE CONSTITVTIONES,

HENRICO AGYLAEO INTERPRETE.

DE INDVLGENTIA TRIBVTARIORVM RELIQVORVM.

CONSTITVTIO I.

QVANTVM *ſtudij & prouidentiæ iam inde ab Imperij noſtri primordijs in commoda publica contulerimus. & quæ ſequuntur.* Eſt inter Iuſtiniani conſtitut. conſt.148.

VT CONSENSV MATRIMONIVM SOLVI POSSIT.

CONST

Διάταξις β.

ΓΑΜΟΥ σεμνότερον ἀνθρώποις οὐδὲν ἐστιν, ἐξ οὗ παῖδες καὶ τῶν ἐφεξῆς γενῶν διαδοχαί. καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΟΣΡΟηνῇ καὶ Μεσοποταμίᾳ γάμους ἀθεμίτους συναλλαξάντων.

Διάταξις γ.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΠΕτρῳ κόμητι τοῦ θείου ταμείου.

ΤΗ τῶν νόμων ἀκρίβεια καὶ βασιλικὴν ἐγκαταμίξαι φιλανθρωπίαν, ἐστὶν ὅτε τῶν προσηκόντων καθέστηκε, καὶ μάλιστα ἡνίκα τοὺς ὑπηκόους πολλοὺς ζημίας τε καὶ βλάβης ἐξαιρεῖται τοῦτο πραττόμενον· ὅπερ ἡμῖν κατὰ τὸ παρὸν τῷ ἡμετέρῳ ποιεῖν ἔδοξε κράτει. τῷ γὰρ ἡμετέρῳ πατρὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν καὶ σωφροσύνης ἀντεχομένῳ

πολ

CONSTITVTIO II.

NIHIL *in rebus mortaliũ perinde venerandum eſt, atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omniſq; deinceps ſobolis ſeries exiſtat. & quæ ſequuntur.* Poſita eſt ſupra nouel.140.

DE IIS QVI IN OSROENA ET MESOPOTAMIA ILLICITAS nuptias contraxerunt.

CONSTITVTIO III.

Idem IMPERATOR Petro ſacri ærarij comiti.

PRAEFATIO.

LEGVM *ſeueritati interdũ* Imperatoriam *clementiam immiſceri conuenit, præcipuè verò quando ſubditos multis damnis atque incommodis ea res eximit: quale profectò quiddam in præſentia noſtræ potentiæ facere viſum eſt. A patre enim noſtro, qui vnà cum alijs virtutibus pudicitiam mirificè amplexatus*

γῳ πολλοὺς, νόμος γέγραπται, τοὺς ἀθεμίτοις ὁμιλοῦντας γάμοις κολάζων τε καὶ ζημιῶν, καὶ πρὸς τὸ δίκαιον ἐπανάγων, ὡς μὴ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐπιθυμεῖν ὑπερόρια. καὶ καλὸς ὁ νόμος καὶ σφόδρα ἡμῖν ἀρέσκων· ὥστε καὶ κύριον ἡγούμεθα τοῦτον, καὶ κρατεῖν κελεύομεν πάντως. ἀλλὰ προσῆλθον ἡμῖν πολλοὶ ἐκ Μεσοποταμίας τε καὶ Ὀσροηνῆς καὶ Εὐφρατησίας τῶν ἐπαρχιῶν (οὐ πολὺ δὲ τοὺς Περσῶν ταύτας διεστάναι) διδάσκοντες, τινὰς μὲν ἀγνοίᾳ τοῦ νόμου, τινὰς δὲ νικηθέντας τῷ πάθει τῆς ἐπιθυμίας, τῇ τε Περσῶν ἐπιμίξει καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς Σαρακηνῶν, παρανόμοις συναφθῆναι γάμοις, ὥστε τούτων ἐνίοις παῖδάς τε καὶ ἐγγόνους γενέσθαι· ταύτην τε πρόφασιν τινὰς μὲν τῆς σφῶν αὐτῶν πλεονεξίας λαβόντας, βραχύ τι καταβάλλειν καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπὶ τὴν τῆς σῆς ἐνδοξότητος ἀρχὴν, καὶ προστάξεις κομίζεσθαι, ἀναζητεῖν τὰ τοιαῦτα καὶ ἐκδικεῖν βουλομένας. τοὺς δὲ ἐπιτετραμμένους ταῦτα ποιεῖν, αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα συκοφαντίαις τοὺς πολλοὺς ἀδικεῖν, ἐπηρεάζειν, καὶ πράγματα τοῖς ἀνδυζύγοις παρέχειν. καὶ τελευτησάντων πολλάκις τῶν ἀθεμίτως συναφθέντων ἀλλήλοις, τοὺς ἐκείνων παῖδάς τε καὶ ἐγγόνους καὶ ἐπιγόνους οὐδὲν ἡμαρτηκότας εἰσπράττειν δίκας ὑπὲρ ὧν οἱ τούτων γονεῖς καὶ πρόγονοι συνῆλ-

tus eſt,cōſcripta lex eſt,quæ eos qui illicita matrimonia ineunt, & punit, & mulctat, & ad honeſtatem reducit, vt ne quæ extra ipſius naturæ fines poſita ſunt concupiſcant. Ac *ſanè perpulchra ea lex eſt, mirumq́; in modum nobis placet: adeò vt eam & ratam habeamus, & omnibus modis vigorem ſuum obtinere iubeamus.* Ver*ùm multi ex* Meſopotamia, Oſroena *quoque &* Euphratica *prouincia nos adierunt,qui docerent, quomodo nonnulli,dum conſuetudinem cum* Perſis *(à quibus hæ prouinciæ non multum diſtant) & qui inter illos ſunt* Saracenis *habent, partim per ignorantiam legis,partim amoris affectu victi,* illorum imitatione *illegitimis matrimonijs coniuncti fuerint, ita vt nonnullis horum liberi atque nepotes nati ſint:* quomodo item *nonnulli, hac cupiditatis ſuæ occaſione capta, quòd paullulum quiddam pro acceptis iuſſionibus quæ iſtiuſmodi inueſtigari atque vindicari velint, gloriæ tuæ magiſtratui quotannis depenſuri ſint: poſt huius rei faciendæ commiſſionem turpis lucri cauſa per calumniam multos iniuria afficiant, vexent, ac innocentibus negocium faceſſant: adeò vt ſæpe mortuis illis qui illicitè inter ſe iuncti fuerant, ab horum filijs, nepotibus, & vlterioris ſeriei liberis, qui nihil deliquerint, quòd parentes maioresq́; ipſorum illicitè in matrimonium*

coier

θον εἰς γάμον ἀλλήλοις. καὶ, ταῦτα λέγοντες, τῆς τοῦ ἡμετέρου κράτους ἠξίουν φιλανθρωπίας τυχεῖν.

ΚΕΦΑΛ. α.

Ἡμεῖς τοίνυν τὰς τούτων δεήσεις προσιέμενοι, θεσπίζομεν, μηδένα καθάπαξ ἐν ταῖς φρασὶν ἐπαρχίαις τῶν ἀθεμιτογαμίαις περιπεσόντων, ἄχρι τῆς ἡμέρας καθ' ἣν ὁ θεὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἡμῖν ἐχαρίσατο βασιλείαν, πολυπραγμονεῖσθαι, ἢ διὰ τοῦτο δυσκολίαις τε καὶ ζημίαις ὑπάγεσθαι. τὸ γὰρ παρελθὸν ἄχρι τότε συγχωροῦμεν ex ſpeciali beneficio, κἂν τὸ ἱερώτατον ἡμῶν ταμεῖον ζημιοῦται, καὶ στερῆται τῆς ἐκ τοῦ νόμου κατὰ ταύτην αὐτῷ διδομένην τὴν πρόφασιν. τοῦτο δὲ πράττομεν, οὐχ ὡς ἀμελοῦντες τῆς σωφροσύνης, ἢ τοῦ περὶ ταύτης τεθέντος νόμου, ἀλλὰ τοῖς ἐπὶ μικροῖς ἐκλαμβάνουσιν ἐκ τῆς φύσεως τὰ τοιαῦτα, βίους τε καὶ οὐσίας πολλῶν ἐν ταῖς εἰρημέναις ἐπαρχίαις διασείουσι, καὶ κοινὰς ἀπεργαζομένοις συμφοράς, πᾶσαν πλεονεξίας ἀναιροῦντες πρόφασιν. ὅθεν τὸν νόμον κελεύομεν, καὶ τὰ διωρισμένα τούτῳ κατὰ τῶν ἀθεμιτογαμούντων ἐπιτίμια πανταχόσε τῆς ἡμετέρας πολιτείας, ἔν τε ταῖς μικρῷ πρόσθεν εἰρημέναις ἐπαρχίαις, ἀπὸ ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας βασιλείας. φιλανθρωπίας γὰρ ἅμα καὶ συγγνώμης ὑπὲρ τοῦ φθάσαντος ἐκείνοις μεταδεδώκαμεν, ὡς τῶν ἐν αὐταῖς οἰκούντων, Πέρσαις πλησιαζόντων, καὶ τοῖς

ὑπ'

coierint, pœnas exigant. Atque hæc quidem quum dicerent, ſimul à potentia noſtra clementiam petierunt.

CAPVT I.

NOs igitur horum precibus admiſſis, ſtatuimus, vt nullus omnino eorum in tribus iſtis prouincijs, qui ante eum diem quo Deus nobis Romanorum imperium eſt largitus, in illicitas nuptias inciderit, ob id negotijs irretiatur, vel difficultatibus ac diſpẽdijs ſubdatur. Quanquam enim ſacratiſ. noſtrum ærarium ita damno afficiatur, & ijs quæ ex lege per hanc occaſionem ipſi dabantur, priuetur, nihilominus tamen quod præterijt, ex ſpeciali beneficio vſque ad id tempus cõdonamus. Quod profectò facimus, non quaſi pudicitiam aut quæ de hac lata lex eſt negligamus: ſed quò ijs qui paruo redempta talia ex fiſco ſubtrahunt, multorumq; facultates ac ſubſtantias in dictis prouincijs quaſſant, & communes calamitates cient, omnem quæſtus occaſionẽ ſuccidamus. Quocirca ſanè legem illam, & quæ in illa aduerſus eos qui illicitè nuptias contrahunt pœnæ conſtitutæ ſunt, vbiq; per noſtram rempub. & in paulò antè dictis prouincijs inde ab initio Imperij noſtri vim & authoritatem habere iubemus. Prouincijs autem iſtis ideo benignitatem ſimul & veniam elargiti ſumus, quòd qui in illis habitant, Perſis & qui

ὑπ' αὐτοὺς τελοῦσι βαρβάροις Σαρακηνοῖς, καί τι καὶ παθόντων ἀνθρώπινον, καὶ μιμνησαμένων ἐκείνους, καὶ τῶν τῆς φύσεως κρατῆσαι παθῶν εὖ διωσθέντων.

¶ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ δηλούμενα τύπου, ἡ σὴ ἐνδοξότης καὶ ὁ κατὰ καιρὸν τῆς αὐτῆς ἡγούμενος ἀρχῆς, ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι καὶ παραφυλάξαι σπουδασάτω. DAT. KAL. IAN. CONSTANT. IMP. DN. IVST. PP. AVG. ANNO I.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΙΚΑ τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας γίνεσθαι. καὶ τὰ ἑξῆς.

Διάταξις δ.

ΤΗΣ παρὰ τοῦ θεοῦ δεδομένης ἡμῖν πολιτείας κηδόμενοι, καὶ ἐν πάσῃ δικαιοσύνῃ ζῆν τοὺς ἡμετέρους σπουδάζοντες ὑπηκόους, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΕΡΙ

ſub ipſis agunt barbaris Saracenis finitimi & vicini ſint, itaque humanis affectibus tacti, illos imitati ſint, neque naturæ motum atque vim ſuperare valuerint.

EPILOGVS.

¶ Proinde quod *nobis viſum eſt, & per hanc ſacram pragmaticam declaratur formam, gloria tua, quiq; pro tempore eidem magiſtratui præerit, effectui atque fini tradere & obſeruare ſtudeto.* Dat. K. Ian. *Conſtant.* Imp. *Dn. Iuſt.* PP. *Aug.* *Anno* I.

VT DEI AMANTISS. EPISCOPI, CVM PROVINCIARVM indigenis. & quæ ſequuntur.

CONST. IIII.

DVM *reipublicæ à* Deo *nobis datæ* Poſita eſt *curam gerimus, ſimulq; vt ſubditi* ſupra nou. *ti noſtri in omnibus iuſticiæ bono* conſt.149. *fruantur operam damus. & quæ ſequuntur.*

ΠΕΡΙ ΣΑΜΑΡΕΙΤΩΝ.

Διάταξις ε.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ *Διομήδει ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.*

ΤΗΝ ἀσεβῆ τῶν Σαμαρειτῶν αἵρεσιν καὶ τὴν παράλογον τούτων μανίαν πολλάκις ὅ, τε τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἡμῶν πατὴρ, καὶ ἡμεῖς. καὶ τὰ ἑξῆς.

DE SAMARITANIS.

CONST. V.

Idem IMPERATOR Diomedi ſacrorum prætoriorum præfecto.

V*T impiam Samaritanorum hæreſin, & omni ratione carentem horum vęſaniam, ad meliorem frugem perduceremus. & quæ ſequuntur.*

Eſt inter Iuſtiniani cōſt. cōſt. 144.

n: 3

ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ περὶ τῶν θείων οἴκων διάταξις.

ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΤΟΥ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Τιβέριος Κωνσταντῖνος, πιστὸς ἐν Χριστῷ, ἡμερώτατος, μέγιστος εὐεργέτης, εἰρηνικὸς, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Φραγγικὸς, Γερμανικὸς, Ἀλανικὸς, Οὐανδαλικὸς, Ἀφρικὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος, Τῇ ἱερωτάτῃ συγκλήτῳ.

Βασιλείας γνώρισμα θεῷ τι πρέπον, ἀνθρώποις τε συγγενὲς ἡγούμενοι, τοὺς δεομένους εὖ ποιεῖν, τὰς ἀδικίας τε ἐκκόπτειν, ὅσα τε τοῖς ὑπη-

κόοις

TIBERII IMPERATORIS DE DIVINIS DOMIBVS CONSTITVTIO,

HENRICO AGYLAEO INTERPRETE.

In nomine Domini IESV CHRISTI Dei noſtri.

IMPERATOR Cęſar FLAVIVS TIBERIVS CONSTANTINVS, fidelis in CHRISTO, clementiſs. beneficētiſs. pacificus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Alanicus, Vādalicus, Africanus, pius, fœlix, inclytus, victor, triumphator, ſemper colēdus, Auguſtus, Sacratiſs. Senatui.

PRAEFATIO.

CVM opera ſint quæ Deo conueniant, ſimulq́; eundem cum humano genere ortum habeant, in ſupplices beneficum eſſe, maleficia extirpare, & quæcunque ſubditis vtilia ſunt,

κόοις χρήσιμα βουλεύεσθαί τε καὶ πράττειν ἡμέρας, ὡς εἰπεῖν, ἁπάσης καὶ νυκτὸς, ὅλην ἔμπροσθεν τῆς περὶ ταῦτα πεποιήμεθα σπουδῆς, δι' οὗ τῆς πολιτείας ἡμῖν τὸ κράτος δέδωκεν ὁ θεός. ἔνθεν τοι πολλῶν ἡμῖν διαφόρως προσεληλυθότων, τῶν τε ἐπὶ τῆς ἐνδόξου ταύτης πόλεως οἰκούντων, τῶν τε δὴ ἁπασῶν σχεδὸν τῶν ὑπηκόων ἐπαρχιῶν, κτήσεις τινὰς ἢ οἰκήσεις βασιλικὰς περὶ τὴν οὖσας ἐχόντων, πράγμασί τε ἑτέροις καὶ δίκαις περιβεβλημένων, ποικίλων ἀδικημάτων προσαγγελλόντων τρόπους παρά τε προνοητῶν καὶ χαρτουλαρίων καὶ μισθωτῶν, καὶ τῶν ἄλλως προσηκόντων ταῖς βασιλικαῖς οἰκίαις, κατ' αὐτῶν ἁμαρτάνεσθαι, τῶν φέρεσθαι δυναμένων πραγμάτων, ἔστι δὲ ὅπη κτήσεως, καὶ γηδίων, καὶ γεωργῶν ἀφαιρέσεις ὀδυρομένων· τῶν δὲ ἐνδρογολαβεῖσθαι παρ' αὐτῶν προτασίαν ἄλογον τοῖς ἀλλοτρίοις χωρίοις τε καὶ ἀγροῖς ἀπονεμόντων, σανίδας τε βασιλικὰς ἢ σήμαντρα ἐπιτιθέντων, καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ μὴ προσήκοντα οἰκειουμένων· τάς τε πρὸς ἑτέρους ἀμφισβητήσεις παραλόγους ἀναδεχομένων, καὶ τοὺς τε ἐνάγειν βουλομένους μηδὲ τῶν οἰκείων ὀφλημάτων ἀπολαύειν συγχωρούντων, τοῖς τε ἐναγομένοις δίκης χωρὶς καὶ σὺν βίᾳ τὰς ἀπαιτήσεις ἐπαγόντων

ἀκρο-

ea & meditari & facere: tum ea ipſa nos præcipuum Imperatoriæ Maieſtatis inſigne eſſe arbitrati, ex quo Deus nobis reipublicæ imperium atque gubernacula dedit, nulla (vt ita loqui liceat) neque die neque nocte quicquam earum rerum ſtudio antiquius cariusq; habuimus. Hinc *certè quum permulti qui partim in inclyta hac vrbe habitarent, partim ex omnibus fermè ſubditorum noſtrorũ prouincijs* alij aliunde prodirent, *diuerſimodè nos adierint*: qui iidem *quum* "*propè poſſeſſiones domúsve quaſpiam Imperatorias prædia & bona ſua haberent, alijſq; rebus & controuerſijs inuoluti eſſent, varijs iniuriarum modis à procuratoribus, chartularijs, conductoribus, & qui alioqui ad Imperatorias domus attinent, in ſe peccari annunciarent*, atque *res mobiles, interdum etiã poſſeſſiones, agros & agricolas ſibi ereptos lamentarentur*: ea autem ratione, quòd *illi aliquid faciendum conducere ab ipſis* " *alienis prædijs & agris defenſionem quæ illis non competat tribuãt, tabulasq; Imperatorias ac ſignacula affigant, & (vt vno verbo dicamus) quæ ad ipſos non pertinent, ſuo dominio ſubijciant*: quòd *aliorum aduerſus alios nulla ratione nitentes lites ſuſcipiant, itaque & actores rebus ſibi debitis potiri non ſinant, & reis citra iudicium indictaq; cauſa debiti exactionem vi*

" Lego ἐπαρχιῶν περὶ κτήσεις, & mox, τὰς ἑαυτῶν οὐσίας.

" Saucij huius loci intellectus euidẽs in ſubſequẽtibus eſt.

ἀκρίτως τινὰς δὲ καὶ χρεῶν συγγραφὰς εἰς τὰς
αὐτὰς θείας οἰκίας συντεθεῖναι στρεβλουμένους
παρασκευαζόντων, συμβολαίοις τε ἀλλοτρίοις ὠ-
νῶν, ἢ δωρεῶν, εἰ τύχοι, παρεμβαλλόντων εἰς τὴν
τῶν ἑτέροις ὀφειλομένων περιγραφὴν, τὰ μὲν ὅσα
εἰς ἡμετέρας ἦλθεν ἀκοὰς, εὖ διατεθείκαμεν,
τοῖς μὲν ἀποδοθῆναι τὰ ἀφῃρημένα κελεύσαν-
τες, τάς τε ἀλόγους προστασίας εἴρξαντες, τοῖς
δὲ τὰς εὐθύνας ἀφέντες, καὶ τὰ γραμματεῖα
τῶν χρεῶν ἄκυρα καταστήσαντες, τάς τε ἐπὶ
τοῖς συναλλάγμασι γινομένας περινοίας κεκω-
λυκότες, τοῖς νόμοις καὶ τῷ δικαίῳ τῆς ἡμετέρας
εὐσεβείας σκοπῷ καὶ τοὺς τῶν βασιλικῶν οἴ-
κων προνοητὰς ἀκολουθῆσαι προστεταχότες. Ἐ-
πειδὴ δὲ οὐχ οἷόν τε ἦν καὶ τοὺς ἔξω καὶ πόῤῥω-
θεν ἅπαντας εἰς ταυτὸν ἐνθάδε συνελθεῖν, ἡμῖν
τε ἕκαστα ἁπανταχοῦ κατὰ τοῦτον πεπραγμέ-
να τὸν τρόπον φανερὰ καταστῆσαι, νόμῳ σαφεῖ
τὰ περὶ τούτων διορίσαι συνείδομεν, ὡς μὴ
μόνον τοῖς ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐς ὕστερον ἀν-
θρώποις τὰ τῆς ἡμετέρας δικαιοσύνης γενέσθαι
κατάδηλα, καὶ ὡς οὐδὲ τῶν βασιλικῶν ἡμῶν
οἴκων ἢ τῶν τούτοις ἐφεστώτων, εἴ τι περὶ ἀδι-
κοῖεν, φειδόμεθα· εὐπορίαν τε καὶ εὐδαιμονίαν ἡ-
μετέραν ἡγούμεθα τὴν τῶν ὑπηκόων εὐπάθειαν,
οὐδέν τε τὰς αὐτῶν περιουσίας, ὅσα γε εἰς πρόνοιαν,
τῶν βασιλικῶν διιστάναι. ἐπεὶ μηδὲ τὰ τῶν θείων οἴκων
πράγ

inducant: ad extremum verò, quòd *vt nonnulli fraude inducti, rerum debitarum ſyngraphas in ipſas diuinas domus concipiant & conſcribant, efficiant, alieniſq; emptionum, aut fortaſſe donationum contractibus in eorum qui alijs debent circunſcriptionem immiſceant*: inde (inquam) factum eſt vt *quæcunq; ad noſtras aures peruenerint, de ijs rectè & competenter ſtatuerimus, quum his quidem reſtitui ablata iuſſerimus, ac incompetentes defenſiones interdixerimus: illos verò à iudicijs liberauerimus, debitorumq; ſyngraphas irritas indicauerimus, & fraudes in contractibus fieri ſolitas prohibuerimus: quum denique Imperatoriarum domuum procuratores leges iuſtumq; pietatis noſtræ propoſitum ſequi iuſſerimus.* Verùm *quoniam impoſsibile eſt, vt extranei, quiq; procul hinc habitant, pariter omnes huc conueniant, vtq; nos ſingulatim omnia quæ hunc ad modum fiunt, vbique manifeſta faciamus: quæ ad hæc attinent, euidenti lege explicare viſum eſt, quò non ſolùm noſtræ ætatis, verumetiam omnis futuri æui hominibus noſtrum æquitatis iuſticiæq; ſtudium innoteſcat.* Innoteſcat verò *etiam quàm* Imperatorijs *noſtris ædibus, quive illis præſunt, ſiquid delinquant, non parcamus*: quomodoq; *ſi ſubditis bene ſit, id noſtram eſſe opulentiam felicitatemq; » & ("quia non " ſolùm diuinarum domuum* "Lego *pij*ver.

neq

πράγματα μόνοις ἡμῖν, κοινὰ δὲ τοῦ καθ' ἡμᾶς πολιτεύματος ἐννοεῖσθαι προσήκει.

ΚΕΦΑΛ. α.

Θεσπίζομεν τοίνυν, μηδένα τῶν ἐνδοξοτάτων ἢ μεγαλοπρεπεστάτων κουρατώρων τῶν θείων ἡμῶν ἢ δὴ εὐσεβεστάτης βασιλίδος οἴκων (οἷς συναριθμητέον τήν τε πατριμονιαλικήν, τήν τε τῶν νέων ἐκκλησιῶν προεστῶσαν βασιλικὴν οἰκίαν) ἢ χαρτουλαρίων αὐτῶν, ἢ προνοητῶν, ἢ μισθωτῶν, ἢ ἄλλων τῶν ταῖς θείαις αὐταῖς προσηκόντων οἰκίαις, θαῤῥεῖν τοῦ λοιποῦ σανίδας τὴν ἡμετέραν προσηγορίαν φερούσας, ἢ εἰκόνας, ἢ χαρακτῆρας βασιλικοὺς ἀλλοτρίοις οἴκοις ἢ χωρίοις ἐπιτιθέναι, ἢ σύμαντρα κινητοῖς πράγμασι τελευτώντων ἢ περιόντων, ἢ γεωργοὺς ἑτέρων ὑποδέχεσθαι, ἢ καταθέσεις τινὰς παρασκευάζειν ποιεῖσθαι εἰς τὴν βασιλικὴν οἰκίαν, αὐτοὺς ἢ καὶ τὰς αὐτῶν προσόδους μεταφερούσας. μηδὲ εἰ μοιραῖόν τινα συμβαίη τῶν αὐτῶν οἰκήσεων, ἢ χωρίων, ἢ πραγμάτων, ἢ γεωργῶν, τοῖς τῶν θείων οἴκων προσήκειν δικαίοις· ὡς ἂν μὴ ταύτην ἔχοιεν τῆς κατὰ τῶν συγκεκτημένων ἐπηρείας τὴν πρόφασιν.

ΚΕΦΑΛ. β.

Ἀλλὰ καὶ εἴ τινας γεωργοὺς ὑπὸ τὴν ἑτέρων τυγχάνοντας νομὴν νῦν ἔχοντες φανεῖεν, ἢ καταθέσεις οἵας ἔφαμεν εἰληφότες,

negocia, verumetiam communia præſentis reipub.nos cognoſcere par eſt) ſubditorum facultates, quantum ad curam, nihil ab Imperatorijs differre exiſtimemus.

CAPVT I.

STatuimus igitur, vt nulli glorioſiſſ. magnificentiſſ.ue diuinarum noſtrarũ, aut pientiſſ. Auguſtæ domuum (quibus & patrimonialis & regia domus, quæ ante nouas eccleſias ſita eſt, annumeranda eſt) curatores, aut chartularij, aut prouiſores, aut conductores, aut quicunque alij ad eaſdem diuinas domus pertinent, vel tabulas quæ noſtram appellationem contineant, vel effigies inſigniáve Imperatoria alienis ædibus aut prædijs, vel mobilibus defunctorum, aut etiamnum ſuperſtitum rebus ſignacula imponere, vel aliorum ruſticos ſuſcipere, vel ſolutiones aliquas quæ ipſos aut etiam ipſorum prouentus transferant, in Auguſtalem domum faciendas curare in poſterũ auſint: neque ſi etiam earundem domuum, prædiorum, rerum, aut ruſticorum partem aliquam ad Auguſtas ædes pertinere contingat, hinc aduerſus eos qui vnà cum ipſis poſſident, fraudis læſionisq; occaſionem capiant.

CAPVT II.

QVin & ſi quos ruſticos, qui in aliorum mancipio ſunt, in præſenti ipſos habere, aut quales diximus ſolutiónes accepiſſe conſtet.

τις, καὶ αὐτοὺς ἀποδοθῆναι τοὺς γεωργοὺς, καὶ τὰς καταθέσεις αὐτῶν ἀκύρους καταστῆναι κελεύομεν. Εἰ δὲ περὶ τούτων ἢ καί τινων συμβολαίων πρὸς ἑτέρους ἐναγωγὴν ἔχειν λέγοιεν, μηδαμῶς τὸν ἐναγόμενον παρ' αὐτοῖς ἕλκειν, δικαστάς τε τῶν οἰκείων ὑποθέσεων καθέζεσθαι (τοῦτο γὰρ τῶν ἀτοπωτάτων τε καὶ παρανομωτάτων ἡγούμεθα) ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς ὑπὸ τῷ προσφόρῳ δικαστῇ, ὑφ' ὃν αὖ οἱ τὰς εὐθύνας ὑφιστάμενοι τελοῖεν, τὴν δίκην κινεῖν, καὶ τῶν δικαίων τυγχάνειν. εἰ δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐνδοξοτάτους καὶ μεγαλοπρεπεστάτους κουράτωρας ὀνόματι τῶν παρ' αὐτῶν προνοουμένων θείων οἴκων ὑφ' ἑτέρων ἐνάγεσθαι συμβαίη, εἰ μὲν ἐνθάδε τὰ τῆς ἐναγωγῆς κινοῖτο, κοινῇ γνώμῃ τοῦ τε ἐγκαλουμένου καὶ τοῦ τῆς θείας οἰκίας κουράτωρος, ἕνα τῶν ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ἀρχόντων ἐπιλεγῆναι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἐξέτασίν τε καὶ κρίσιν· καὶ ἀμφισβητήσεως, οἷα εἰκὸς, ὡς τοῦτο γινομένης, τῆς βασιλείας δεῖσθαι, καὶ τὸν ἐκεῖθεν διδόμενον προσδέχεσθαι δικαστήν· εἰ δὲ ἐπὶ χώρας, τὸν ταύτης ἡγούμενον τὴν τῆς ὑποθέσεως παραλαμβάνειν ἀκρόασιν. εἰ δέ γε τῇ τῶν βασιλικῶν πραγμάτων προφάσει τῶν χαρτουλαρίων τις, ἢ ἐμφυτευτῶν, ἢ μισθωτῶν, ἢ καὶ γεωργὸς ἐνάγοιτο, ἄδειαν ἔχειν τὸν ἐγκαλοῦντα, εἴγε βούλοιτο, ὑπ' αὐτῷ τῷ τῆς θείας οἰκίας κουράτωρι, ἤ, εἴπερ ὑπόπτως ἔχει πρὸς αὐτὸν, ἐν γοῦν ἑτέρῳ δικαστηρίῳ τῷ κοινῇ δοκοῦντι, ἢ καὶ τοῦ θείου κελεύσει αὐτοῦ κἀνταῦθα κρατούντων, εἴπερ ἐν ἐπαρ-

χίαις

ſtet, ſimul ipſos ruſticos reſtitui, ſimul [a] *ipſas ſolutiones irritas eſſe iubemus. Quòd ſi de his rebus, aut etiam de aliquibus cõtractibus actionem ſe habere aduerſus alios dicant, nequaquam reum ad ſe trahant, neque (id quod & abſurdiſſimum & iniquiſſimũ putamus) ſuarum controuerſiarum iudices ſedeant: liceat autem ipſis vt coram competente iudice, ſub quo ſunt qui actiones ſuſtinent, litem moueãt, ſimulq́; ius ſuum obtineant. At ſi ipſos glorioſiſſ. magnificentiſſ. q́; curatores, diuinarum domuum quarum curam gerunt nomine ab alijs in ius vocari cõtingat, tum quidem ſi hîc actio inſtituatur, communi & actoris & Auguſtalis domus curatoris conſenſu vnus ex glorioſiſſ. noſtris præfectis ad rei examinationem dijudicationemq́; eligatur: & ſi (vt fieri aſſolet) contentio huc inſurgat, libellus ſupplex Principi offeratur, datusq́; ab ipſo iudex ſuſcipiatur. ſi verò in prouincia aliqua, eius præſes controuerſiam ſibi audiendam ſumat. Cæterùm ſi quis chartularius, emphyteuta, conductor aut colonus Auguſtalium rerum occaſione in ius vocetur, facultas ſit actori, ſi velit, vt coram ipſo Auguſtalis domus curatore, aut (ſi ſuſpectum illum habeat) in alio foro coram eo coram quo communiter viſum ſit, aut etiam quem ex Imperiali iuſſu hîc nacti fuerint, actionem inſtituat. Quæ verò iſtiuſmodi*

[a] Malim αὐτάς.

cont

χίαις τὰ τῶν ἀμφισβητήσεων τούτων κινοῖτο· τῆς κατὰ χώραν ἀρχῆς τὴν ἀκρίβειαν παραλαμβανούσης· τῶν ἤδη πεπορισμένων ταῖς αὐταῖς θείαις οἰκίαις προνομίων οὐκ ἐπὶ τούτοις, ἐπὶ δέ τε τοῖς τῶν δικῶν δαπανήμασι φυλαττομένων, ὑπέρ τε τῶν λεγομένων ἰνδουκίντων, ἀναγνωσίμων τε ἐκδοσίμων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὰς δίκας δαπανημάτων. ὥστε μηδένα θαῤῥεῖν τὸ τεταγμένον τούτων ὑπερβαίνειν μέτρον. ἀρκεῖσθαι δὲ τούτῳ τοὺς τῶν δικαστηρίων ὑπηρέτας. ἀδείας οὔσης καὶ τοῖς τὰς δίκας πρὸς τὰς αὐτὰς θείας οἰκίας, ἢ τοὺς αὐτῶν κουράτωρας, ἢ προνοητὰς, ἢ μισθωτὰς, ἢ χαρτουλαρίους, ἢ γεωργοὺς λέγουσι, ταῖς αὐταῖς προνομίαις χρῆσθαι· ὡς μηδὲ εἰς τοῦτο γοῦν πλεονεκτούμενοι φαίνοιντο, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ τοῖς ἡμετέροις διωρισμένον νόμοις.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν καί τινας ἀποστερεῖν τῶν οἰκείων ὀφλημάτων βουλομένους, πραγμάτων οἰκείων τοῖς χρεώσταις ὑποκειμένων ὠνὰς ἢ δωρεὰς ἢ ἕτερα συμβόλαια πρὸς ἐνίας τῶν ἡμετέρων οἰκιῶν ποιουμένους· καὶ διὰ μέσων αὐτῶν εἰς ἑτέρους τῶν συγγενῶν ἢ συνήθων παρασκευάζοντας κατά τινα συναλλάγματος μεταφέρεσθαι τρόπον, ὡς ταύτῃ τὰς ὑποθήκας ἐλεεινῶς τοῖς τὰ οἰκεῖα προϊεμένοις χρήματα σχεδὸν ἀναιρεῖσθαι· μηδὲ τοῦ προεστῶτος τῆς θείας οἰκίας, δι' οὗ ταῦτα πεπρᾶχθαι λέγεται, διὰ τὴν οὖσαν αὐτῷ δύναμιν, τὴν ὑπὲρ τούτων ἐναγωγὴν

controuerſiæ in prouincijs mouebuntur, eas cuiuſque prouinciæ præſes audiendas aſſumet. Sanè quæ ijſdem diuinis domibus priuilegia iam conceſſa ſunt, ea non in his, ſed in litium ſumptibus obſeruentur, pro inducendis nempe *(quo modo dicitur) legendis, & edendis, atque in alijs quæ circa lites fiunt ſumptibus: vt nemo conſtitutum horum modum tranſgredi audeat, iudiciorumq́; miniſtri eo contenti eſſe debeant. Illis verò etiam qui aduerſus ipſas auguſtas ædes, earum curatores, prouiſores, conductores, chartularios aut colonos actionem dictant, vt ijſdem vtantur priuilegijs facultas fuerit: vt ne in hoc quidem (quo tamen legibus noſtris conſtitutum eſt modo) illis eſſe inferiores videantur.*

CAPVT III.

Porrò quia nonnullos eſſe ſcimus, qui quum creditores ſuos debitis fraudare volunt, res ſuas illis oppigneratas alicui noſtrarum ædium aut vendunt, aut donant, aut alio quocunque contractu perſcribunt, & per illas medias in alios vel cognatos vel familiares aliquo contractus modo transferendas curant: vt hac ratione hypothecæ ius miſerum in modum ijs qui pecunias ſuas erogarint, ferè diſpereat: dum diuinæ domus præfectus (per quem hæc facta eſſe dicuntur) propter poteſtatem quam habet, mouendam de his re-

ἀποδεχομένου, καὶ τοῦ τὸ πρᾶγμα εἰληφότος τὸ πρὸς θείαν οἰκίαν συνάλλαγμα προτεινομένου, καὶ κατὰ τὴν δεδομένην αὐτῇ προνομίαν ἐγκαλεῖσθαι παρ' οὐδενὸς ἀξιοῦντος· τινὰς δὲ οἴκους, ἢ τόπους, ἢ καὶ ἐργαστήρια μιᾶς τῶν θείων οἰκιῶν ἐπὶ μείζονι ἢ καὶ τῷ τυχόντι μισθῷ παραλαμβάνοντας, τῇ ἐκεῖθέν τε ἰσχύϊ χρωμένους, τοῖς χρήσταις ἢ καὶ τοῖς τὰς εὐθύνας αὐτοῖς ἐπάγουσι μὲν πράξειν εἴργοντας· καὶ ταύτῃ κελεύομεν μηδένα τοῦ λοιποῦ τῇ κατὰ τῶν οἰκείων δανειστῶν περινοίᾳ χρῆσθαι τολμᾶν, καὶ διὰ μέσης θείας οἰκίας πρὸς ἕτερον δωρεὰν ἢ συνάλλαγμα πράττειν· ὡς οὐδὲν τῆς οἰκείας πονηρίας ὠφεληθησόμενον, τοῦ πράγματος ἔνθα ἂν τύχοι καθεστῶτος, εἴτε παρὰ τῇ θείᾳ οἰκίᾳ, εἴτε παρ' ἑτέρῳ τινὶ, οὐδὲν ἧττον ἐκδικουμένου, πάντων τε ἐπ' ἀκεραίῳ τῷ τὰς εὐθύνας ἢ καὶ ὑποθήκας ἔχοντι φυλαττομένων, ὡς οὐδενὸς ἐπ' αὐτῷ μεταξὺ προεληλυθότος. πρὸς τῷ καὶ εἴ τι ταύτης ἕνεκα τῆς περινοίας τῇ αὐτῇ θείᾳ οἰκίᾳ ἢ τῷ ταύτης προνοοῦντι θεραπείας τρόπῳ δεδόσθαι συμβαίη, ἐκπεσεῖν τοῦτον τὸν δόντα, καὶ τῆς παρανομίας ταύτην, εἰ καὶ τῆς ἀξίας ἧττονα, λαβεῖν ἀμοιβήν.

ΚΕΦΑΛ. δ.

Ἀλλ' οὐδ' ἐνοίκους τῶν ταῖς βασιλικαῖς οἰκίαις προσηκόντων οἰκημά-

των,

bus actionem non ſuſcipit: & qui rem percepit, contractum cum diuina domo initum prætendit, per datumq; domui priuilegium à nemine actione conueniri ſuſtinet : inſuper etiam quia eſſe ſcimus, *qui domibus, locis, aut aliquibus vnius cuiuſpiam auguſtarum ædium officinis maiore aut quacunque mercede conductis, illarum rerum prærogatiua vtantur: itaque creditores, aut etiam qui ipſis actiones intentant, & arceant & oblædant: idcirco iubemus nequis dereliquò ſubdolis commẽtis aduerſus creditores ſuos vti audeat, neque per diuinam domum mediam cum alio donationem aut contractum inſtituat*: ſciens *quòd nullum fructum ex verſutia ſua percepturus eſt, quum res alienata vbicunq; fuerit, ſiue penes diuinam domum, ſiue penes alium quempiam, nihilominus vendicari poterit, & omnia ei qui actiones aut etiam hypothecæ ius habet, integra atq; illæſa, perinde acſi nihil interueniſſet, ſeruabuntur. Ad hoc etiam, ſiquid huius commenti cauſa ipſi diuinæ domui, eiusve procuratori captandæ beneuolentiæ ratione datum eſſe contingat, eo qui dedit excidet, hancq; (quanquam minorem quàm pro merito) remunerationem feret.*

CAPVT IIII.

CAEterùm *neque per earum ædium quæ ad* Imp*eratorias domus pertinere inquiſi*

των, οὐδὲ γεωργοὺς ἀλλοτρίους, ἢ ἕτερόν τινα τῶν πάντων, ἐνεργολαβεῖν τοὺς τῶν θείων οἴκων προεστῶτας, καὶ προστασίαν αὐτοῖς ἀπονέμειν, ἢ τὸ λεγόμενον πατρωνίκιον ἀπὸ χωρίων τινῶν ἐλευθερικῶν, ἢ ὀξαντωρικῶν, ἢ βουλευτικῶν, ἢ ἑτέροις ὅλως προσηκόντων, λαμβάνειν, ἀποστῆναι δὲ τούτων ἁπάντων. καὶ εἴ τινες ἤδη σανίδες ἢ χαρακτῆρες βασιλικοὶ τοιούτοις ἐπετέθησαν χωρίοις, ἢ οἴκοις, ἢ ἐργαστηρίοις, ἢ τόποις, ταῦτα καθελεῖν, ἢ καὶ ὑφ' ἑτέρων καθαιρουμένων μηδαμῶς ἀντιλέγειν, ὡς καθ' ἡμετέραν τούτου κέλευσιν γινομένου. τὰς δὲ ἡσυχίας ἄγειν, καὶ συγχωρεῖν τὰς κατὰ τῶν ἐνοίκων τῶν τε ὁπωσοῦν ὑπευθύνων ἐναγωγὰς ἐν τοῖς προσφόροις κινεῖσθαι δικαστηρίοις, μηδεμίαν τε πάροδον ἔχειν πρὸς τὰς ἀλλοτρίας δίκας, ἢ πράγματα, ἢ δίκαια, ἢ χωρία, ἢ τοὺς τούτων γεωργούς, μηδὲ ἐκχωρεῖσθαι κατά τινων ἀγωγάς· ταύτας τε οἰκειοῦσθαι, καὶ ἐγκαλεῖν ἑτέροις ὡς δὴ ὑπευθύνοις ταῖς τοιαύταις ἀγωγαῖς καθεστῶσι. καὶ τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον τῆς ἀδικίας παντελῶς ἀναιρεθῆναι κελεύομεν, εἰ καὶ δωρεᾶς τρόπῳ τὰς τοιαύτας ἀγωγὰς ὁ τούτων κύριος εἰς ἡμᾶς καὶ τὰς θείας ἡμῶν οἰκίας ποιούμενος φαίνοιτο, δίκαιά τε νενομισμένα ὀφλήματα ἔχειν λέγοιτο· ὡς ἂν μὴ τῇ σκήψει ταύτῃ, καί τι παρανομίας ἐχόμενον καθ' ἑτέρων ἀπαντήσῃ. ἡμῖν γὰρ οὐδὲ δωρεῶν τοιούτων μέλει, οὔτε συκοφαντίας δόξαν ἀποφέρεσθαι τοὺς τῶν θείων ἡμῶν οἴκων

προ

linos, neq; per alienos colonos, aut aliũ quempiam omnium, diuinarum ædium præfecti aliquid faciendum conducant, neque illis patrocinium tribuant, aut quod "χαρωνίκιον dicitur," ex liberis aliquibus, exactionibúsve obnoxijs, aut decurionum etiam, quæ ve in vniuerſum ad alios pertinent, prædijs capiant: ac verò ab his omnibus deſiſtant. Et ſi tabulæ aut inſignia Imperatoria iſtiuſmodi prædijs, domibus, officinis aut locis iam affixa ſint, hæc detrahant: alijsq; qui illa detrahunt, quaſi noſtro iuſſu id faciant, nequaquam contradicant. Ad hæc quietem agant, aduerſusq; inquilinos, & qui quocunq; modo tenentur, coram competentibus tribunalibus moueri actiones ſinant: ac nullum ad alienas controuerſias, aut res, aut ius, aut prædia, horúmve colonos acceſſum habeant, neq; aduerſus aliquos actiones cedant, aut has ab aliis *aſſumant: itaque alios, vt iſtiuſmodi actionibus obnoxios, in ius vocent. Etenim hanc iniuriæ rationem omnino tolli iubemus, etiamſi donationis modo iſtiuſmodi actiones ipſarum dominus in nos diuinusq; noſtras ædes transferat, & quæ iuſta videantur, debita ſe habere dicat: ne* videlicet *hoc commento alijs iniquitatis quicquam obueniat. Iſtiuſmodi ſiquidem donationes nobis curæ non ſunt, neq; calumniæ opinionem auferre & ſubire noſtrarum diuinarum domuum*

Mercedē patrocinij ſignifica - re puto.

Quomo do aliter ἐλευθερικῶν ἢ ἐξακτωρικῶν exprimi poſsit, nō video.

προνοητὰς βουλόμεθα, οἵ γε καὶ τὰ ἡμέτερα τοῖς ὑποτελέσι δωρούμενοι ἡμέρας, ὡς εἰπεῖν, ἑκάστης, κινητῶν τε καὶ ἀκινήτων πολλῶν πραγμάτων χρημάτων τε πλῆθος σχεδὸν ἅπασι φιλοτιμούμενοι, ἀδείας οὔσης τῷ βουλομένῳ, ἃς ἔχειν φασὶν ἀγωγὰς τοῖς ὑπευθύνοις, κατὰ τὴν ἐπὶ τούτῳ κρατοῦσαν ἀκόλουθον κινεῖν τάξιν, μηδενὸς τῶν ταῖς βασιλικαῖς οἰκίαις ἐφεστώτων παραβάλλοντος· ἡνίκα δὲ τὰ οἰκεῖα κατὰ τὸν νόμον ἀπολάβοι, ταῦτα καθ' ὃν ἂν ἐθέλοι διατιθέναι τρόπον. αὐτὰς γὰρ τὰς τῶν ἀγωγῶν ἐκχωρήσεις, περινοίας τε καὶ συκοφαντίας αἰτίαν ἐχούσας μισοῦμέν τε ἅμα καὶ ἀποστρεφόμεθα. ὥστε καὶ εἴ τινες τοιαῦται εἰς τοὺς αὐτοὺς θείους οἴκους ἤδη συγγεγράφαται, ταύτας ἀκύρους καθιστῶμεν. οὐδεμίαν ἀπαίτησιν ἔχειν αὐτὰς συγχωροῦντες, ἐλευθεροῦντές τε τῶν ἐντεῦθεν ἀγωγῶν τοὺς καθ' οὓς γεγόνασι, ποινήν τε ταύτην ἐπιτιθέντες τοῖς τὰς ἐκχωρήσεις ταύτας πεποιηκέναι τεθαῤῥηκόσιν.

ΚΕΦΑΛ. ε.

Εἰ δὲ καὶ αὐτῶν τῶν βασιλικῶν οἴκων οἱ προεστῶτες, ἢ χαρτουλάριοι, ἢ ἐμφυτευταί, ἢ μισθωταί, ἢ διοικηταί, ἢ ἄλλως αὐτοῖς διαφέροντες, ὑπὲρ πραγμάτων ἰδίᾳ προσηκόντων αὐτοῖς, ὑπό τινων ἐγκαλοῖντο τοῖς προσφόροις ἄρχουσιν· αὐτοὺς ἑτοίμως ὑπακούειν κελεύομεν, τάς τε δίκας παρ' αὐτοῖς ὑποδέχεσθαι, κατὰ τὴν τοῦ νόμου προϊοῦσαν τάξιν, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν ἐκβιβασμοῖς εἴκειν,

ἀρ

procuratores volumus: vtpote qui ſingulis (vt dicitur) diebus noſtra ſubditis donemus, magnamq; rerum mobilium immobiliumq;, & pecuniarum vim propè omnibus elargiamur. Facultas verò cuiq; ſit, vt quas ſe habere actiones dicit, eas aduerſus obnoxios ſecundum conſentaneè in hoc obtinentem modum, nullo Auguſtarum domuum præfecto interpoſito, moueat: & quando ſua per legẽ recuperarit, de his quoscunq; velit modo ſtatuat. Ipſas enim actionum ceßiones, quòd fraudis & calumniæ anſam cõplectantur, & odimus & auerſamur. Quapropter etiam ſiquæ huiuſmodi in ipſas diuinas domus iam conſcriptæ ſunt, has irritas conſtituimus, & nullam illas petitionẽ exactionemq; habere concedimus, vt hi aduerſus quos factæ ſunt, inde prouenientibus actionibus liberentur, hancq; pœnam ijs qui has ceßiones facere auſi fuerint imponimus.

CAPVT V.

SI verò etiam ipſarum Auguſtarum domuũ præfecti, aut chartularij, aut emphyteutæ, aut conductores, aut diſpenſatores, aut qui alioqui ad illas pertinent, ob res priuatim ad ipſos pertinentes ab aliquibus coram competentibus magiſtratibus in ius vocentur, ipſos promptè obedire iubemus, & ſecundum procedendi ex lege ordinem actiones ſuſcipere, indeq; manantibus exactionibus cedere,

ὡς οὐδὲν ταῖς θείαις οἰκίαις προσήκοντας· ὡς μηδὲ τῇ δυνάμει ταύτῃ τοῖς κατ' αὐτῶν ἔχουσι τὰς ἐναγωγὰς ἐπεξεργάζειν δοκοῖεν, ἀποστρέφειν τε τὰ παρ' αὐτῶν ὀφειλόμενα. Οὕτω δὲ ἄρα τῶν τοιούτων ἀδικημάτων τὰς θείας ἡμῶν οἰκίας ἀλλοτριῶσαι συνορῶμεν, ὅτι οὐδὲ τὰς ἤδη παρὰ τοῖς τούτων μεγαλοπρεπεστάτοις ἢ ἐνδοξοτάτοις κουράτωρσι κεκινημένας ὑποθέσεις, εἴτε ἐν γράμμασιν, εἴτε καὶ γραμμάτων χωρίς, ἔτι πορρωτάτω προβαίνειν συγχωροῦμεν, εἰ μὴ μέρος ἑκάτερον ἑκόντι τοῦτο πράττειν εἵλετο. θατέρου δὲ μὴ βουλομένου, ἵνα τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, ἐφ' ὧνπερ αὖ τὰ μέρη συμβαίνειν, ἢ καὶ ὃν αὖ ἡμεῖς ἀπονείμωμεν. κατὰ τοῦτο δὴ τὸ παρ' ἡμῶν ἀρτίως διατεταγμένον, τὴν παρ' ᾡτινιοῦν τούτων ἐξεταζομένην ὑπόθεσιν παραλαβεῖν τά τε, οἷα εἰκός, ἐπ' αὐτῇ πεπραγμένα, τῶν ἐφεξῆς τε ἀκροᾶσθαι, καὶ τὰ νενομισμένα τυπῶσαι. ΚΕΦΑΛ. ϛ.

ΚΑκεῖνο γε μὴν διορίσαι συνείδομεν, τὸ τῶν συνωνῶν τε καὶ μιτάτων, καὶ ἀγγαρειῶν, καὶ ὁδοστρωσιῶν, καὶ γεφυρῶν, καὶ διαγραφῶν, καὶ ἐπιβολῶν· ὡς ἂν μὴ καὶ ταῦτα ἀδιάκριτα μένοι, ἀκόλουθος δέ τις τῷ ἡμετέρῳ δικαιοτάτῳ σκοπῷ καὶ ἐπ' αὐτοῖς διατύπωσις προέλθοι. τῶν γὰρ προνομίων τῶν ἐκ παλαιοῦ ταῖς βασιλικαῖς οἰκίαις πεπορισμένων, τούτων αὐτὰς ἐξαιρουμένων, ὀρθῶς ἡμῖν παρέστη χρειώδη τε καὶ ἀναγκαίαν ἐπιθεῖναι τῷ πράγματι τάξιν. εἰ μὲν γὰρ βασιλικῶν στρατευμάτων τῶν ἐπὶ βαρβάρους ἐκπεμπομένων

παρ'

idq́; perinde acſi ad diuinas domus nihil pertinerent: ne hac poteſtate eos qui aduerſus ipſos actiones habent oblædere, ijsq́; quæ debent fraudare videantur. Adeò autem ab iſtiuſmodi iniurijs diuinas noſtras domus alienare cogitamus, vt controuerſias apud illarum magnificentiſſ. glorioſiſſ.úe curatores, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis iam motas, "vlterius procedere non ſinamus, extraquàm ſi vtraq; pars ſponte id facere velit. Quod ſanè ſi vtraq; pars non velit, volumus vt vnus aliquis noſtrorum magiſtratuum, in quem partes conſenſerint, quémve etiam nos aſſignauerimus, ſecundum hoc quod recens à nobis conſtitutum eſt, controuerſiam à quocunq; horum examinatam, quæq́; in illa fortè acta ſunt, ſuſcipiat, ac deinceps audiat, quæq́; legibus conueniant de ea ſtatuat.

"Lego προϛ ϛωτέρω.

CAPVT VI.

DE oneribus profectò etiã, & metatis, & angarijs, & viarum pontiumq́; inſtaurationibus, de deſcriptionibus quoq; & indictionibus tractare nobis viſum eſt. ac, ne hæc indiſtincta maneãt, conſentanea quadã iuſtiſſimo noſtro propoſito de illis deſcriptio procedat. Quum enim priuilegia iam olim auguſtalibus domibus data, ab his illas eximant, rectè animũ noſtrum ſubijt, vt rei vtilem & neceſſariũ ordinem imponeremus. Si etenim ob Imperatoriorũ exercituum, qui in barbaros emittũtur,

πάροδον, ἢ καὶ καθ' ἡμετέραν κέλευσιν, σωτηρίας
ἕνεκα τῆς ἐνδόξου ταύτης πόλεως, ἢ καὶ ἑτέρων προ-
φάσεων χάριν, συνωνήν τινὰ εἰδῶν γενέσθαι συμ-
βαίη, τούτοις ἅπασιν οὐ μόνον τοὺς ἄλλους ὑποτε-
λεῖς, ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ τὰς τῶν βασιλικῶν οἴκων κτή-
σεις καὶ οἰκήσεις ὑποκεῖσθαι βουλόμεθα. τῶν γὰρ αἰτιῶν
τούτων χωρὶς οὐδὲ τὰς θείας οἰκίας, οὐδὲ ἕτερόν
τινα τῶν ὑποτελῶν ἐνοχλεῖσθαι κελεύομεν, οὐδὲ εἰς ἀν-
άγκην τοιοῦτό τι γενέσθαι συγχωροῦμεν.

ΠΕΡΙ ΚΛΗΡΟΝΟΜΩΝ.

Διάταξις β.

ΘΕοῦ τι καὶ δικαιοσύνης μεῖζόν ἐστιν οὐδέν. τού-
των γὰρ χωρὶς οὐκ ἄν τι τῶν δεόντων πρα-
χθείη ποτὲ, καὶ διαφερόντως ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς
πολιτεύματι. καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ.

Διάταξις γ.

ΟΥ τὸ νομοθετεῖν τὰ πρέποντα μόνον
ἐστὶν ἀγαθὸν μέγιστον, ἀλλὰ καὶ τὸ τὰ
θεσπισθέντα φυλάττειν ἀκριβῶς, καὶ
πρὸς ἔργον ἄγειν. καὶ τὰ ἑξῆς.

tranſitum, aut etiam noſtro iuſſu, quò abundè huic inclytæ ciuitati annonæ ſit, aliarúmve occaſionum cauſa, ſpecierum quandam contributionem fieri contingat: his omnibus non modò alios ſubditos, verùm auguſtarum domuum poſſeſſiones & habitacula profectò etiam obnoxia eſſe volumus. Ac ſanè citra has cauſas, ne diuinæ domus, neq; alius ſubditorum quiſquã moleſtia afficiantur, iubemus: neq; vt tale aliquid illata neceſſitate fiat permittimus.

DE HAEREDIBVS.

CONSTITVTIO II.

DEO *ſimul & iuſticia nihil maius exiſtit. abſque his enim nihil vnquam commodè geri poteſt, & præcipuè in noſtra hac republica. & quæ ſequuntur.* Eſt inter Iuſtin. cõſtit. nouel. conſt. 164.

DE PROVINCIARVM PRAESIDIBVS.

CONSTITVTIO III.

NON *tantùm decenter leges ferre ſummo bono eſt, ſed etiam ſancita accuratè cuſtodire, & ad effectũ deducere. & quæ ſequuntur.* Eſt inter Iuſtinia. cõſti. nou. conſt. 161.

Non

Διάταξις Δ. ἐλλείπει ὅλη. * * *

ΠΕΡΙ ΚΟΥΦΙΣΜΩΝ δημοσίων.

Διάταξις ε.

Μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὰ δικαιοσύνη τε καὶ φιλανθρωπία, ἡ μὲν τὸ ἴσον ἑκάστῳ νέμουσα, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὐκ ἐφιεμένη, ἡ δι' ἐκ τάξεως.

Nouella quarta deeſt integra. * * *

DE RELEVATIONE TRIBVTORVM PVBLICORVM.

CONST. V.

PRAESTANTISSIMA *inter homines bona ſunt, iuſticia & benignitas: quarum altera æquabiliter ſuum cuique tribuit, neque appetit aliena: altera ad. & quæ ſequuntur.* Hæc poſita eſt ſuprà Nou. 163.

ALIAE

ALIAE ALIQVOT CONSTITVTIONES IVSTINIANI, IVSTINI, ET Tiberij, ex libro Iuliani Anteceſſoris.

PRAGMATICA SANCTIO IVSTINIANI IMP. COMPLEctens varia capitula.

Imp. IVSTINIANVS Aug. vt omnia firma ſint, quæ Amalaſiunta, vel Atalaricus, vel Theodatus conceſſerunt.

PRO petitione Vigilij venerabilis antiquioris Romæ epiſcopi quædam diſponēda eſſe cenſuimus ad vtilitatem omnium pertinentia, qui per Occidentales partes habitare noſcuntur. In primis itaq; iubemus, 1

bemus, vt omnia quæ Atalaricus, vel Amalaſiunta regia mater eius, vel etiam Theodatus Romanis vel Senatu poſcente conceſſa ſunt, inuiolabiliter conſeruentur: ſed & ea quæ à nobis, vel à pia memoria Theodora Auguſta quondam coniuge noſtra conlata ſunt, volumus illibata ſeruare, nulla cuicunq; danda licẽtia contra ea venire, quæ à prædictis perſonis pro quibuſcunq; rebus vel titulis data vel conceſſa eſſe noſcuntur, excepta videlicet donatione à Theodato in Maximum pro rebus abita Marciani. ex quibus dimidiam portionem Liberio viro glorioſiſſ. dediſſe meminimus, reliquam dimidiam Maximo viro magnifico relictam, quas apud vtrunq; firmiter manere cenſuimus.

Vt per Totilanem factę donationes irritæ ſint.

2 ¶ S I *quid à Totilane tyranno factum vel donatum eſſe inuenitur cuicunq; Romano ſeu cuiq; alio, ſeruare, vel in ſua firmitate manere nullo modo concedimus: ſed res ablatas ab huiuſmodi detentatoribus antiquis dominis reformari præcipimus. quod enim per illũ tyrannidis eius tempore factum eſſe inuenitur, hoc legitima noſtra notare tempora non concedimus.*

Nemini noceat in captiuitate gentiũ amiſsio inſtrumentorum.

3 ¶ L I C E T *enim generali lege proſpectum*

eſt, ne inſtrumẽtorum amiſsio dominis, pro quibus inſtrumenta conſcripta ſunt, quodcunque præiudicium rerum poſsit inferri: tamen ſpecialiter etiam per illa loca hoc renouare cenſuimus, cùm ſciamus per diuerſas calamitates & hoſtiles peruaſiones tam in ipſa ciuitate Romana, quàm in alijs locis hominibus inſtrumenta periſſe. Nequaquam igitur ex hoc quicunq; patiantur calumniam, aut aliquod ſuſtineant detrimentum, ſancimus, vt inſtrumentorum quidem amiſsionem vel corruptionẽ nullus præiudicium pro dominio vel poſſeſsione, pro credito, dominis rerum, vel poſſeſſoribus, aut creditoribus, pro quibus inſtrumenta conſcripta fuiſſe inferre pragmatum.

¶ S E D *& ſi quis res abſentis vel etiam capti, forſitan greges, per ſuã aut cuiuſlibet auctoritatẽ inuaſit, vel petendo eas tenuit, reuerſo eo vel liberato, ſine vlla dilatione iubemus reſtitui ipſi, vel etiam hæredibus eius. Et ſi fortè ille fatale munus ſubijt, etiam hæredibus eius reſtituatur legis auctoritas ſuggerit.* 4

Non præſumat quis alienum.

¶ Q V I À *antẽ veriſimile putamus diuerſo tyrannidis tẽpore res ſuas per metũ alienaſſe hominibus, vel officium quodcunq; gerentibus, vel aliam à Totila cõmiſſam actionem, vel potentiam vel gratiã apud eum habentibus, ſiue* 5

venditiones, vel cui quibuſcunq; contracti titulos, modo vero quod factum eſt prius reſcindi deſiderare, vtpote per violentiam vel per metũ tyrannici temporis factum: ſancimus, omnibus eſſe licentiam ſui recipiendi ſiue vindicãdi, vel poſſeſſionis à iudice adipiſcendæ, prædijs tantummodo videlicet reſtitutis, qui tamen eo qui ſe dediſſe perhibet adprobante veraciter cõſtiterit exſoluta, nec aliquo poſtea modo vel fraude ſubtracta, vel ab eo recepta: cùm non abſq; ratione eſſe putamus multa tunc tempore per metum vel violentiam facta eſſe, quæ noſtris temporibus reſcindi expoſcit iuſtitia, pœna videlicet inſtrumentis inſerta propter prædictas ſanctiones, modis omnibus quieſcente.

De tempore poſtliminij, id eſt, poſt captiuitatem.

6 ¶CVM *autem* Deo *propitio noſtro imperio ſint omnes reſtituti, ſancimus pro noſtrarũ legũ auctoritate triginta nec non & quadraginta annorũ præſcriptionẽ, alias inſuper, legibus locũ habere, & ſuam tenere per omnia firmitatem: his duntaxat temporibus, quæ ab aduentu tyrannorũ bellica confuſio comprehẽdit, nullatenus in præſcriptionum curriculis imputandis.*

Vt inſtrumenta irrita reuocentur.

7 ¶COGNOVIMVS, *dum hoſtilis ferocitas*

Romanam ciuitatē vel alias obſideret, diuerſos cōtractus eſſe factos inter Romanos qui obſidebantur, vel etiam inſtrumenta conſcripta: in præſenti verò quoſdam prædictos contractus reſcindere vel etiam inſtrumenta irrita reuocare ſancimus: & ſi poſtea per hoſtilem "incuſſionem huiuſmodi documēta perierunt, nullam eſſe licentiam quæ facta ſunt, infirmandi, ſed omnes contractus obſidionis tempore factos in ſua firmitate durare, inſtrumenti etiam competentem vim habituri, ſed nullum per eorum amiſſionem dominis præiudicium generādum. quod enim rite perfectum eſt, per fortuitos belli caſus verti, ſubtilitatis non patitur ratio.

"R. incurſionem

De rebus mobilibus vel immobilibus.

8 ¶Res *inſuper mobiles vel immobiles ſeſeq; mouētes, quas à Theodorici regis tēporibus vſq; ad nefandiſſimi Totilæ ſuperuentum quocunq; iure vel titulo Romani poſſediſſe noſcuntur per ſe vel vſufructuarias vel alias perſonas, per quas vnumquenq; præcepit poſſidere, in poſterum ſine aliqua cōcuſſione apud eos ſeruamus, eo videlicet ordine quo per prædicta tempora eaſdem res poſſediſſe noſcuntur.*

Pro immunitate tributorum.

9 ¶Ne *autē tributorū exactionis intuitu habitatores patiantur moleſtias quarūcunq; prouin*

uinciarum, ſancimus nullius maioris dignitatis officia pro" exigẽdis functionibus dirigi, ſed per prouinciarũ iudices & eorũ Officia quodcunq; damnũ collatores ſuſtinere pro tributorum videantur exactione, licentia non deneganda maioribus iudicibus & eorũ Officijs, ſi minus inlatæ fuerint functiones, ipſos iudices & eorum Officia conuenire, & quòd minus eſt illatum exigere, & tã publicæ rationes, quàm collatoris vtilitas procuretur. Dat. anno, die, & Conſ. ss. "R. exerendis

De confirmatione abſolutionis tributorum.

10 ¶IPSARVM *enim functionũ ſolutionem per cõſueta loca vel tẽpora ſollemniter præcipimus fieri, nulla innouatione per hoſtilẽ aduentum ſolutioni tributorũ penitus inferenda; ſed pro ſua conſuetudine vel noſtrorũ beneficiorum tenore ſiue ad arcam ſiue in prouincia, vnumquenq; ſolutionem in poſterũ etiam celebrare.*

Vt leges Impp. per prouincias ipſorum dilatentur.

11 ¶IVRA *inſuper vel leges Codicibus noſtris inſertas, quas iam ſub edictali prográmate in Italiam dudum miſimus, optinere ſancimus. ſed & eas, quas poſtea promulgauimus conſtitutiones, iubemus ſub edictali propoſitione vulgari ex eo tempore quo ſub edictali prográmate*

euulgatæ fuerint, etiam per partes Italiæ obtinere, vt vna deo volẽte facta repub. legũ etiam noſtrarum vbique prolatetur auctoritas.

De ſuffragio collatorum.

¶PROVINCIARVM *etiã iudices ab epiſcopis & primatibus vniuſcuiuſq; regionis idoneos eligendos & ſufficientes ad locorũ adminiſtrationẽ, ex ipſis videlicet iubemus fieri prouincijs quas adminiſtraturi ſunt, ſine ſuffragio, litis etiam codicillis per cõpetentem iudicem eis præſtandis: ita videlicet, vt ſi aliquam collatoribus læſionem intuliſſe inueniantur, aut ſupra ſtatuta tributa aliquid exegiſſe, vel in coemptionibus menſuris enormibus alijsq; præiudicijs vel grauaminibus, aut iniquis ſolidorum ponderibus poſſeſſores damnificaſſe, ex ſuis ſatisfaciant facultatibus. Quod etiam ſiquis de adminiſtratoribus aut actionarijs de præteritorum nefandorum tyrannorũ tempore feciſſe inuenitur, ex ſuis facultatibus ei à quo abſtulit reſtituere iubemus, cùm nos indemnitatem ſubiectorum vndiq; volumus procurari.* 12

Vt proprietas vnicuique reſtituatur.

¶CVM *autẽ cognouimus inimicis deo propitio diuerſis expulſis prouincijs quoſdam greges inuenientes ab illis relictas, et ſuo eas vindicare dominio, licet ad alios antea pertinebãt: ſancimus;* 13

mus, cauſa diſcuſſa, quantū quidem ad eos pertinet, eis præſtari. Siquid verò ab alijs agnoſcetur, dominū ſua recipere: quòd verò excepto domino non cognoſcitur, inter illos diſtribui, qui per eandē prouinciam greges amiſiſſe inueniuntur, diuiſione pro rata portione ſcilicet faciēda.

De eo cui aliquid ablatum eſt, vt reſtituatur.

14 ¶ S I *qui etiam collatorum per occaſionem tributorū exactiones vel cuiuſlibet oneris prætextu, aut alio inrationabili modo à quibuſdā in auro vel in ſpeciebus læſi eſſe noſcuntur: hoc etiam competenter ei cui ablatum eſt, iubemus ſine ambiguitate reſtitui, vt vndiq; prouinciarum habitatores legitimè ſua recipiant, & noſtri temporis poßint felicitatem ſentire.*

De ſeruis, qui tyrannorum tempore liberas duxerunt vxores.

15 ¶ I L L V D *etiā præteritis capitulis inſerendum eſſe cenſuimus, vt ſiqui per Gotthicæ ferocitatis nefandißima tēpora ſerui conſtituti liberas vxores inueniantur duxiſſe, vel etiā liberis hominibus ancillæ cōiunctæ, licentiā quidem liberæ perſonæ diſcedendi per præſentes noſtros mereantur affectus, ancilla videlicet vel ſeruo in dominorum ſuorum iura remanētibus nullo præiudicio dominis ſeruorum vel ancillarū*

ex præterito tempore generando. Si verò in poſterum etiam coniugia tenenda eſſe putauerint, nullum præiudicium circa libertatem propriam patiantur, filij verò maternam conditionē ſequantur. quod etiam in illis, qui ex tali coniugio nati ſunt, optinere iubemus.

De ſeruis & colonis, ab alio detentis.

¶ SERVOS *etiam vel colonos, quos ab aliquo contigit detineri, ſuis reſtitui dominis vnà cum medij temporis prole iubemus.* 16

De deo dicatis virginibus.

¶ CVM *autem tyrannicæ ferocitatis præſumptionem res etiam inlicitas quaſi permiſſas egiſſe ſine dubio ſit: ſancimus, vt ſi quis mulieres deo ſacratas vel habitum religioſum habentes ſibi coniunxiſſe inueniantur, nullam eis tenendi, vel dotes fortè conſcriptas iterum monaſterijs, vel eccleſijs, aut ſancto propoſito cui dedicatæ ſunt, reſtituantur.* 17

Ne pro comparatione ſpecierum collatores grauentur.

¶ NE *verò per coemptiones etiā quodcunq; collatores detrimentum ſuſtinere inueniatur, ſancimus per vnamquanq; prouinciam illarum fieri ſpecierum coemptionem, quæ per eandem prouinciam abundare noſcuntur. neque* 18

enim

enim eius quod ibi non abundè naſcitur, coemptionem non fieri patimur: pretijs videlicet pro ſpecierum venalitate. quæ tunc temporis in foro rerum venalium optinere noſcuntur, ſtatuendis ipſis tamen pretijs ſpecierum vnicuique collatorum in tributorum imputandis exactionē, commercijs videlicet nauium nullo modo prohibendis, vt & noſter feliciſſimus exercitus poſſit nutriri, & collatores aurarias functiones ex abundantium ſpecierum commercio infundere valeant, diſtributione coemptionis pro arbitrio tam locorum antiſtites quàm primatum vniuſcuiuſque celebranda, ne collatores ex Officiorū auaritia per quemcumque modum opprimi videantur.

De menſaris & ponderibus.

19 ¶ V T *autem nulla fraudis vel læſionis prouinciarū naſcatur occaſio, iubemus in illis menſuris vel ponderibus ſpecies vel pecunias dari vel ſuſcipi quæ beatiſſimo papæ vel ampliſſimo ſenatui noſtra pietas in præſenti contradidit.*

De mutatione ſolidorum, id eſt, monetæ.

20 ¶ C V M *autem ſcimus veterum* Romanorum *principum ſolidos per illa loca facilè inueniri, comperimus autem negotiatores vel alios quoſdam propter mutationem ſolidorū diſpen-*

dium aliquod collatoribus noſtris inferre:ſancimus,ſolidos Romanorum principum forma ſignatos ſine permutationis diſpendio per omnes prouincias ambulare, & per eos celebrari contractus:eum, qui diſpendium aliquot permutationi ſolidorum inferre præſumpſerit, pro vnoquoque ſolido alterum tantum ei cum quo contraxerit, inferat.

Vt pretium ſatisfaciat & quod tulit quis.

21 ¶ S I *quis etiam de rebus immobilibus ad alium pertinentibus aliquem ornatum vel materiam abſtuliſſe inueniatur, modis omnibus reſtituere: vel ſi iam alicui iniuncti ſint ædificio, pretio ſatisfacere coartetur, vt vndique noſtrarum legum conſeruetur auctoritas. Inſtrumenta etiam quæ ad alios pertinentia, fortè ab alijs detinentur, prioribus dominis iubemus reſtitui, vt omnes vndique noſtrarum legum adiutorio potiantur. Si verò inſtrumentũ periſſe inueniatur, cuius exemplar apud alterũ inuenitur, vt pote duobus ſcriptis authenticis, prout in contractis ſolitum eſt, ex eo quod apud partem alteram inuenitur, aliud conſcribi iubemus, & parti dari, cuius iam inſtrumenta perierunt, vt competentem poſſit habere cautelam. Sed & ſi quis inſtrumentum alienum ſiue ipſe tollendo, ſiue quocumque caſu inuenien-*

dum

dum malignitate vel incendit, vel abſcondit, aut corrupit, aut quocunque modo habere deſierit, tunc quanti intereſt eius, ad cuius iure inſtrumenta pertinebunt, is qui dolum fecit ſatisfacere compellitur. DAT. DIE, ANN. ET CONS. SS.

Vt annona miniſtretur medicis & diuerſis.

22 ¶ ANNONAM *etiam quam & Theodoricus dare ſolitus erat, & nos etiam Romanis indulſimus, in poſterum etiam dari præcipimus, ſicut etiam annonas, quæ grammaticis ac oratoribus, vel etiam medicis, vel iuriſperitis antea dari ſolitum erat, & in poſterum ſuam profeſſionem ſcilicet exercẽtibus erogari præcipimus, quatenus iuuenes liberalibus ſtudijs eruditi per noſtram rempublicam floreant.*

διατίθοιτο, τὴν τοῦ μετὰ ταῦτα διατίθεσθαι ἀφαιρεῖται ἄδειαν, διὰ τοῦτο καὶ περὶ τῶν ὕστερον γεγονότων ὁρίζειν καθόλου κωλυθείη. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀλόγως ἀφῃρεῖτο τὴν ἐξουσίαν, ἐπεὶ ἐν αὐτῷ ὂν βουλεύσασθαι ἔτι χρηματίζοντι λαϊκῷ, τῷ μὴ τοῦτο πρᾶξαι, αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς τοῦτο περιέστησεν. ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἔστιν ὅμοιον, ὥστε αὐτόν τινα ὑφ' ἑαυτοῦ ἢ ὑφ' ἑτέρου ἀπείργεσθαι. Εἰ δέ τις λέγοι ὅτι διὰ τοῦτο μόνον ὅτι μονάζων ἐστὶν, ἅπαντα λήψεται ἡ μονὴ, οὐκ οἶδα εἰ πρέποντα μοναστοῖς ὁ τοιοῦτος νομοθετεῖ. πρῶτον μὲν, εἰ οὕτω δεῖ κτημάτων ἀντέχεσθαι ἀνθρώπους οἳ τὴν ὑπεροψίαν αὐτῶν ἐπηγγείλαντο· ἔπειτα δὲ καὶ συγγενεῖς τινὲς πένητες ἢ ἄλλως γνώριμοι τυγχάνουσι τῷ ἀνθρώπῳ, χρῄζοντες παραμυθουμένης χειρός· πῶς οὐκ ἀπάνθρωπον, μηδεμιᾶς ἐκείνους ἐκ τῶν τοῦ συγγενοῦς πραγμάτων ἀξιοῦσθαι παραμυθίας; ὥσπερ οὐχὶ ξενηλασίαν, ἀλλὰ συγγενικῶν καὶ φίλων ἐλασίαν δέον ποιεῖν τοὺς μονάζοντας, καὶ πάντα πρὸς ἑαυτοὺς ἕλκειν; καθάπερ τοὺς πολυφάγους ἐστὶν ὁρᾶν οὐ βουλομένους ἀπόμοιράν τινα τῶν παρακειμένων τοῖς ἄλλοις καταλιμπάνειν. οὔτε γὰρ δοῦλος ἐλευθεροῦται δουλείας δεσμῶν, οὐ πένης οἴκτου μεταλαγχάνει, οὐκ ἄλλος τις ἀνάγκαις πιεζόμενος παραμυθίας εὑρίσκει ἀπόλαυσιν, πάσης τῆς τοῦ μονάζοντος περιουσίας τῷ μοναστηρίῳ διδομένης.

teſtetur, teſtandi poſtmodum facultate priuatur: ideò & de ijs quæ poſtmodum conquiſierit, quicquam ſtatuere in vniuerſum prohibeatur. Illic namq; iure teſtamenti factione priuatur, quia quum ipſi in prophano ſtatu res adhuc tractanti aliquid conſtituere integrum eſſet, eo ipſo quòd id non fecerit, ſe ipſe in has anguſtias circũcluſerit. hic verò nihil ſimile eſt, vt quiſquã aut à ſe ipſo, aut ab alio prohibeatur. Quòd ſi quis dicat, hoc ſolo nomine quòd monachus ſit, monaſterium omnia eſſe percepturum, haud ſcio, ſi iſtiuſmodi, quæ monachos deceant, ſtatuat. Primùm enim, an qui homines opum contemptum profeſſi ſunt, hos ita illas amplecti, ac quacũque ratione retinere cõuenit? Deinde ſint alicui cognati pauperes, alioquíue noti, qui conſolatrice manu indigeant: quomodo non ab omni humanitate alienum, nullo illos ex cognati rebus ſubleuamine dignari, tãquam non modò peregrinos, ſed & cognatos amicosq; propellere, atque omnia ad ſe trahere, monachis decorum ſit? quemadmodũ helluones voracesq; homines nullam omnino partem alijs qui vnà accumbunt, relinquere velle videmus. Neque enim ſeruus ſeruitutis vinculis liberatur, neque egenus commiſeratione potitur, non alius quiſquam neceſſitatibus preſſus conſolationis fructum inuenit, quum omnes monachi facultates monaſterio dantur.

Ac

Διὰ τοῦτο δὴ θεσπίζομεν, εἰ μὲν ὤφθη κατὰ τὸν καιρὸν ὅτε τὸν μοναστὴν εἵλετο βίον ὁ ἄνθρωπος ἀφιερωσάμενός τι τῇ ἐκκλησίᾳ, εἶναι αὐτῷ περὶ τῶν ὕστερον προσεκτημένων ἀβίαστον καὶ κυρίαν τὴν γνώμην, καθὼς ἂν προαιροῖτο ταῦτα διοικεῖν· εἰ δὲ μηδὲν ὅλως κατ' ἀρχὰς τῷ μοναστηρίῳ προσενήνεκται, τότε διχῇ τὴν ὕπαρξιν τέμνεσθαι, τῶν μερίδων τῇ μὲν διμοιρίας συγκεφαλαιουμένης, τῆς δὲ τρίτης μέτρῳ. καὶ διατίθεσθαι μὲν ὡς ἄν ποτε δόξειεν αὐτῷ περὶ τοῦ διμοίρου τμήματος τὸν μονάζοντα, τὸ τρίτον δὲ ἀποκληροῦσθαι τῷ μοναστηρίῳ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ ὧν ἐζητήσατε τὸ ἡμέτερον ἀπεθέσπισε κράτος. δέον δὲ τὴν ὑμετέραν μακαριότητα τοῖς ὑπ' αὐτὴν ἅπασι θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις ἔκδηλα καταστῆσαι τὰ τεθεσπισμένα, αὐτούς τε παραπλησίως τοῖς ὑπ' ἐκείνους ἐπισκόποις ἐμφανίσαι, κἀκείνους ταῖς ὧν ἔλαχον τὴν ἐπιτροπὴν ἐκκλησίαις· ὥστε καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ταῦτα καὶ διαγινώσκεσθαι πᾶσι, καὶ οὕτως πράττεσθαι.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΦΥΛΑΤΤΕσθαι ἑκάτερον τὸν καιρὸν ἐπὶ τῶν μονάζειν ἐγνωκότων, ὅν τε ἡ ἁγία ἕκτη σύνοδος ἐξεφώνησε, καὶ ὃν ὁ θεῖος ἀποθεσπίζει Βασίλειος· τὴν δὲ τῶν ὑπαρχόντων διοίκησιν τοῦ κατὰ τὸν χρόνον μονάσαντος ὃν ἡ σύνοδος ἐπέκεινε, κατὰ τὸν ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθειμένον τύπον προέρχεσθαι.

Ac propter hoc ſanè ſtatuimus, vt ſi quis, quo tempore monaſticã vitã ſuſcepit, eccleſiæ quidpiam conſecrarit, illi circa res poſtmodum cõparatas liberum ratumq́; iudicium ſit, quomodocunq; de illis ſtatuere velit: ſin nihil omnino ab initio in monaſterium allatũ ſit, tũ vt bifariã ſubſtantia diuidatur, ita vt vna pars in beſſem, altera verò in trientem circumſcribatur: ac monachus quomodocunq; ipſi viſum fuerit, de beſſe teſtamento ſtatuat: triens autem applicetur monaſterio. Atq; hæc quidem, de quibus requiſitis noſtra decreuit potentia. Oportebit autem tuam beatitudinem, quæ decreta ſunt, omnibus ſub ipſa Dei amantiſſ. metropolitanis facere manifeſta: & hos ſimiliter ſub ſe conſtitutis Epiſcopis, illosq́; quarum curam ſortiti ſunt eccleſijs iſta indicare: quò videlicet & in præſens & in futurum hæc ab omnibus tum cognoſcantur, tum hunc ad modum fiant.

VT VTRVNQVE TEMPVS TVM QVOD SANCTA SEXTA conſtituit ſynodus, tum quod decernit diuus Baſilius, in iis qui monachi fieri ſtatuunt, obſeruetur: & bonorum eius qui à ſynodo præſtituto tempore monachus ſit, diſpoſitio ſecundũ editam à nobis formam procedat.

Ἄλλως,

Περὶ τοῦ μονάζειν δεκαετῆ παῖδα.

Διάταξις ϛ.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΕφάνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Ο καιρὸς καθ' ὃν δεῖ τοὺς τῷ μονάζοντι βίῳ προσιέναι ἐφιεμένους, τυγχάνειν τῆς ἐπιθυμίας, οὐχ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, ἀλλ' ἕτερος καὶ ἕτερος τοῖς θείοις ἡμῶν πατράσι διωρισμένος, εἰς τὸ καὶ τούτῳ διαιτῆσαι τῷ μέρει, καὶ συμβιβάσαι τὴν δοκοῦσαν ἐναντιότητα, καταστῆναι παρεσκευάσατε. τοιγαροῦν σύν τε τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις, ἅ τε ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς ἀποθεσπίζει Βασίλειος, (φημὶ δὲ κατὰ τὸ ἑκκαιδέκατον τῆς ἡλικίας ἔτος ἢ τὸ ἑπτακαιδέκατον ἀξιοῦσθαι τοῦ μοναχικοῦ σχήματος τοὺς ἀσπαζομένους αὐτό) καὶ ἅπερ ἡ ἁγία ἐκεῖ ἐντέλλεται σύνοδος, (δεκάτῳ ἔτει προσφερομένη τὴν εἰς τὸν τοιοῦτον βίον τῶν προσιόντων παραδοχήν) ταῦτα διασκοπήσαντες, εὐδετέραν τῶν ἱερῶν νόμων συνείδομεν κα-

ταχ

Aliter.

VT DECENNIS PVER IN MONACHORVM NVMERVM aſſumatur.

CONSTITVTIO VI.

Idem IMPERATOR Stephano ſanctiſs. Conſtantin. Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

QVO tempore eos qui monaſticam vitam ſubire deſiderant, re concupita potiri oporteat, id quia non vnum atq; idem, ſed aliud atq; aliud à diuinis noſtris patribus præſtitutum ſit, vt ad hũc etiam tractatum dijudicandum, & quæ ſubeſſe videtur contrarietatem conciliandam me componerem, effectum eſt. Itaque quæ magnus ille ac admirandus decernit " Baſilius (vt videlicet qui monachicum habitum ambiunt, decimoſexto primum aut decimoſeptimo ætatis anno digni illo habeantur) quæq; ſancta ſexta "mandat ſynodus, anno decimo, qui iſtiuſmodi vitam capeſſerent, ſuſcipiendos eſſe monens: hæc cum ſanctiſſ. Patriarcha Deiq; amantiſſ. metropolitanis diligenter expendentes, neutram ſacrarum legum diximus eſſe

In epiſtolæ ad Amphiloch. canone 18.

" Canone 40.

cont

τολιγωρεῖν, ἀλλ' ἀξιοῦσθαι μὲν τοῦ σεβασμίου προστάσσομεν σχήματος καθ' ἑκάτερον τὸν χρόνον τοὺς ἐξ νομένους αὐτὸ ἐπανηρῆσθαι, ἵνα καὶ δὲ τῶν ὑπαρχόντων διοικήσεως γνώμην ἰδίαν ἀποφαινώμεθα, τῷ μὲν ἑκκαιδεκάτῳ ἢ ἑπτακαιδεκάτῳ ἀποκείρασθαι τινὰ βουληθέντα, περὶ τῶν οἰκείων ὡς ἂν βούληται διατίθεσθαι· (οἶμαι γὰρ διὰ τοῦτο καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον τοῦτον ἀποδοῦναι τὸν χρόνον τῇ τοιαύτῃ πράξει, ὡς κατ' ἐκεῖνον τῆς νομίμου ἡλικίας μηδὲν ἐμποδὼν ὄντος εἰς τὸ περὶ τῶν οἰκείων βουλεύσασθαι) τῷ δέ γε τῷ δεκάτῳ ἔτει πρὸς τὸ σεμνὸν τῆς μοναδικῆς πολιτείας μετατάξασθαι διανοηθέντι, μηδὲ τούτῳ κωλύομεν ἀπαντᾶν τοῦ σωτηρίου ἐπιχειρήματος· (τοῦτο γὰρ, ὡς ἔοικε, συνιδοῦσα καὶ ἡ ἱερὰ σύνοδος, συστεῖλαι τὸν χρόνον τῆς εἰς τὸν μονάζοντα βίον προσαγωγῆς) μὴ μέντοι καὶ λαμβάνειν αὐτὸν ὥσπερ τὴν εἰς τὸν τοιοῦτον βίον εἴσοδον, οὕτω καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ περὶ τῶν οἰκείων διατίθεσθαι, ἀλλ' ἐπέχεσθαι τοῦ τὰ ὑπάρχοντα διοικεῖν, μέχρις ἂν ἐκεῖνος ὁ καιρὸς ἐπιστῇ καθ' ὃν τὴν νομίμην συμπλήρωσιν ἡ ἡλικία λαμβάνει τοῦ διατίθεσθαι. εἰ δ' (οἷα τὰ ἀνθρώπινα) πρὸ τῆς συμπληρώσεως ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐξ ἀνθρώπων ἀπίοι, οἰκέται μὲν αὐτοῦ πάντες ἀξιούσθωσαν τῆς ἐλευθερίας, ἡ δὲ λοιπὴ διχῇ διαιρείσθω περιουσία, διμοιρία τε καὶ τρίτον μέρος· καὶ τὴν μὲν ἡ μονὴ κομιζέσθω, τὸ δὲ τρίτον τοῖς συγγενέσι διδόσθω τοῦ τελευτήσαντος. εἰ δ' οὗτοι μὴ παρῶσι, κἀπερχέσθω καὶ τοῦτο ἔνθα τὸ δίμοιρον προεχώρησεν.

ΠΕΡΙ

contemnendam: ſed contrà ad vtrumcunq; tempus religioſo habitu qui illum ſumere cupiunt dignos haberi iubemus. De bonorum autem *diſpoſitione peculiarem ſententiam pronunciamus, vt nẽpe qui ſextodecimo aut decimoſeptimo tonderi voluerit, de rebus ſuis quomodo velit, ſtatuere poßit.* Exiſtimo enim, *propterea etiam magnum illum* Baſilium *hoc tempus huiuſmodi actioni tribuiſſe, quòd ad id legitimæ ætatis requiſitio ad ſtatuendũ de rebus ſuis impedimento non ſit.* Qui *verò decimo anno in monaſticæ vitæ ſanctimoniam mutato ſtatu tranſire in animo habeat, vt neq; huic ſalutaris conatus impedimentum aliquod obuiet (hoc enim, vt videtur, & ſacra ſynodus intelligens, ac volens, tempus quo vitam monaſticam adire eſſet, "ampliauit) ne tamen is quo modo iſtiuſmodi vitam ineundi, ſic etiam de rebus ſuis teſtandi facultatẽ accipiat: ſed donec illud tempus, quo legitimam plenamq; ad teſtãdum ætas potestatem caput, aduenerit, à diſponendis rebus inhibeatur.* Quòd *ſi (vt ſunt res humanæ) ante illius temporis completionem è vita exceſſerit, ſerui eius omnes à ſeruitute liberentur: reliqua verò bona bifariam diuidantur, in beſſem & trientem: ac beſſem quidem monaſteriũ auferat, triens autem defuncti cognatis detur.* Quorum *ſi nulli ſupererunt, quò bes proceßit, eò triens quoque abeat.*

" Lego ϭυνέϛειλε, quod ferè contractus cõtrari: vo- ce reddo.

s

ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΟΣΑΚΙΣ ἄν τις ἐκ τοῦ κληρικοῦ σχήματος πρὸς τὸ λαϊκὸν ἀπονοηθείη μεταβαλεῖν, τοῦτον καὶ ἄκοντα πρὸς αὐτὸ πάλιν ἀποκαθίστασθαι.

Ἄλλως,

Περὶ τοῦ κληρικὸν μὴ γίνεσθαι αὖθις λαϊκόν.

Διάταξις ζ.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΕφάνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

ΩΣΠΕΡ ἡμῖν ἔμπροσθεν σκοπουμένοις τὴν ἀσφαλεστέραν τῶν πραγμάτων κατάστασιν, ἐπείπερ ἐφαίνετο τῆς πολιτείας ὁ νόμος μᾶλλον τοῦ ἱεροῦ νόμου τὸ ἀσφαλὲς τοῖς πράγμασι παρεχόμενος, ἐκείνῳ παρέσχομεν τὴν προτίμησιν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ ἱερὸν ὁρῶντες διάταγμα λυσιτελέστερον τῇ εὐταξίᾳ τῶν πραγμάτων ὑπάρχον τοῦ πολιτικοῦ διατάγματος, προστιθέμενοι αὐτῷ, σύμφωνον γνώμην δεδώκαμεν· καὶ θεσπίζομεν, κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας θεσμὸν, τὸν ἔστι τις τοῦ κληρικοῦ σχήματος ἀπονοηθεὶς τὸ λαϊκὸν διαμείψασθαι, τοῦτον, ὁσάκις ἂν πρὸς τοιαύτην ἐξενεχθείη

ἀπο

VT QVOTIESCVNQVE A CLERICORVM HABITV AD prophanorum tranſire per vecordiam aliquis tentarit, in illum is inuitus etiā reſtituatur.

Aliter,

NE CLERICVS DENVO PROPHANVS FIAT.

CONSTITVTIO VII.

Idem IMPERATOR Stephano ſanctiſ. Conſtantin. Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

QVEMADMODVM *antehac, quando certiorē firmioremq; rerum conſtitutionem inueſtigaremus, ſi ciuilis lex plus roboris ac firmitatis, quàm eccleſiaſtica præbere videretur, illi prærogatiuā dedimus: eo modo & hic decretū ſacrum rectæ rerum moderationi, quàm" ciuile ſit, conducibilius fore intelligētes, illi per aſſenſionem cōſona præſcriptione edita, ſtatuimus, vt quicunq; clericorum habitum mutare prophanorum habitu improbè inſtituerit, is, quotieſcūq; actus fuerit in iſtiuſmodi* Nouel. 6. Quiporrò ſecund.

ἀπόνοιαν, καὶ ἄκοντα πάλιν εἰς τὸ κληρικὸν ἀποκαθίστασθαι, κἂν μὴ καὶ τοῦ βαθμοῦ τὴν τάξιν δίκαιός ἐστιν ἀπολαμβάνειν· διὰ τὸ αὐτὸν ἑαυτόν, ἐξ ὧν ἔδρασεν, ἀνάξιον τῆς τοιαύτης τάξεως καταστῆσαι.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΤΟΝ ἈΘΕΤΕῖΝ ἀπονοηθέντα τὸ σεβάσμιον τοῦ μονήρους πολιτείας σχῆμα, καὶ ἀντ' ἐκείνου τὸ λαϊκὸν ὑποδυόμενον, ὁσάκις ἂν τοῦτο θρασυνθείη πράττειν, καὶ ἄκοντα αὐτὸν εἰς ἐκεῖνο ἀποκαθίστασθαι, καὶ ἧς κακῶς ἀπέδρα μονῆς, ἐν αὐτῇ παραδίδοσθαι.

Ἄλλως.

Περὶ τοῦ συνταξαμένου καὶ ἀθετήσαντος τὸν μονήρη βίον.

Διάταξις η.

Ὁ ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΕφάνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Τῶν ἀτάκτως ζῆν προῃρημένων, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπαινετοῦ βίου τὸν φαῦλον μετερχομένων, ὁσάκις ἂν πονηρᾶς πράξεως ἐργάται φωραθῶσι

θῶσι

vecordiam, ſecundum eccleſiaſticum decretũ, quantumuis inuitus in clericorum habitũ reſtituatur: tametſi qui eccleſiaſtici ordinis ſtatum recipiat, dignus non ſit, vti qui ſe ipſe illo indignum transfugio conſtituerit.

VT QVI REIICERE VENERANDVM MONASTICAE VITAE habitum in animum induxerit, ac pro illo prophanorum habitum ſuſceperit, quotieſcunq; hoc facere auſus fuerit, etiam inuitus in illum reſtituatur: & ex quo monaſterio improbè aufugerit, eidem reddatur.

Aliter,

DE EO QVI VITAM MONASTICAM DESERIT, QVI præſidum cohortibus aſcribi ſolet.

CONSTITVTIO VIII.

Idem IMPERATOR Stephano ſanctiſs. Conſtantin. Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

QVVM *alioqui, qui incompoſitè viuere inſtituunt, ac præ laudatis moribus ſectantur vitioſos, quotieſcũq; flagitij quicquã deſignaſſe deprehẽſi*

θῶσι, τῆς κακίστης γνώμης πολυτρόπως ἀνακοπτομένων, καὶ τῆς μοχθηρᾶς καὶ ἐξαγίστου βουλήσεως καὶ ὁρμῆς οὐ συγχωρουμένης ἀνεπιτιμήτου, θαυμάζω πῶς νόμος ἀρχαῖος τοὺς εἰς τὸν ἀγῶνα τῆς μοναχικῆς πολιτείας ἐμβεβηκότας, εἶτα λειποτακτήσαντας, καὶ, κατὰ τὸ λόγιον, ὥσπερ κύνας πρὸς τὸν ἴδιον ἔμετον, ἢ σύας πρὸς τὸν τοῦ προτέρου βίου βόρβορον ἐπιστραφέντας, καὶ πρὸς τὸ λαϊκὸν καὶ σχῆμα καὶ τάγμα ἐντάξαντας ἑαυτοὺς, ἀφῆκεν εἰς τέλος τὸ ἀνόσιον ἐπιχείρημα ἄγειν. προστάττει γὰρ, αὐτοὺς ἅπαξ μὲν τὴν μονήρη πολιτείαν λιπόντας, ὅθεν κακῶς ἐξῆλθον ἀνθυποστρέφεσθαι· πάλιν δὲ τοῦτο τολμήσαντας, ἀντὶ μοναχῶν εἰς στρατιώτας ἐξ ἐκείνου καιροῦ ἐπαρχικῆς τάξεως παραγγέλλειν. καίτοι εἰ τοῦτο καλὸν αὐτῷ διορίζειν ἐφαίνετο, τὸ πρὸς λαϊκὸν μεταμφιέννυσθαι σχῆμα τὸν λειποτάκτην, τί μὴ ἀπ' ἀρχῆς αὐτὴν οὕτως ἀμφιεννύει, ἀλλ' ὁρίζει τὸν ἅπαξ ἀθετήσαντα τὸ οἰκεῖον ἐπάγγελμα μοναστὴν, καὶ ἄκοντα πρὸς ἐκεῖνο συνωθεῖσθαι; εἰ δ' ὡς οὕτως πρέπον ἐκέλευσε, τί μὴ φυλάττει τὴν ψῆφον, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ μεταμελείας εἰς τὸν στρατιωτικὸν ἄγει βίον τὸν ἄθλιον ἐκεῖνον μοναστήν; Οὐδαμῶς οὖν ἡμῖν τοῦτο θεμιτὸν καταφαίνεται, οὐδὲ τὸν ἐπανῃρημένον τῆς θείας στρατολογίας τὴν τάξιν εἰς κοσμικὰς στρατολογίας ἀφίσησι τι

τάχ

ſint, malum ipſorum inſtitutum multifariam coerceatur, nec improbam ſceleſtamq́; voluntatem ac molitionem correptione vacare toleretur: ſubit mirari, quomodo "lex vetus ijs qui monaſticæ vitæ exercitationi ſe mancipaſſent, deinde verò ſtationem ſuam & ordinem deſeruiſſent, quomodoq́; ſacræ literæ habẽt, tanquã canes ad ſuum ipſorum vomitum, aut ſues ad priſtinæ vitæ cœnoſam cloacam reuerſi eſſent, ac prophanorum in habitu ſtatuq́; ſe ipſi collocaſſent: improbum hoc ſcelus tentari omninoq́; perfici permiſerit. Iubet enim, vt qui ſemel monaſticæ vitæ inſtitutum reliquerint, vnde flagitiosè exiſſent, reuerterentur: qui verò iterum id auſi eſſent, ex eo tempore pulſi monachatu, inter cohortales prouincialis cohortis recenſerentur. Atqui ſi, vt deſertor ordinis prophanorum habitu indueretur, id illi ſtatutu pulchrũ viſum fuit, quid cauſæ eſt, cur ipſum ab initio ita non veſtierit: ſed vt qui monachus profeſſionem ſuam ſemel deſeruerit, is ad illam quamlibet inuitus denuò cogeretur, conſtituerit? Si hoc ita præcipi decorum putauit, quare in eodem decreto non conſiſtit, ſed tanquam ipſum placiti ſui pœniteat, miſerum illum monachum ad militarem vitam protrahit? Nequaquam verò id nobis eſſe fas videtur, neque qui in diuinæ militiæ legiones receptus ſit, hunc in mundanis militijs placet col-

Nouel. 5. Qui porrò.

τάχθαι· ἀλλ' ὅπερ ἡ ἐκκλησιαστικὴ φυλάττειν οἶδε κατάστασις, οὐ συγχωροῦσα λαϊκὸν ἀναλαμβάνειν σχῆμα, κἂν πολλάκις ἀλύῃ τις τοῦ μονήρη βίον ἀθετῶν, τοῦτο καὶ ἡμεῖς νόμῳ κελεύομεν. εἰ γὰρ ὁ τὸν μονάδα βίον ἀποδυόμενος, οἴστρῳ κοσμικῆς ἡδονῆς χαυνούμενος τοῦτο πράττει, πῶς, κἂν ἅπαξ ἐπισχεθῇ τῆς ὁρμῆς, εἰδὼς ὅτι πάλιν ἐπὶ τοῦτο ὁρμήσας, τὸ ἄτοπον βούλημα εἰς πέρας ἕξει προαγόμενον, τῆς λαϊκῆς αὐτὸν ἀπεσχομένης καταστάσεως, οὐχὶ παντὶ τρόπῳ καὶ πάλιν τὰ τῶν λαϊκῶν ἀντὶ τῆς μοναδικῆς πολιτείας ἀλλάξεται;

ΠΕΡΙ ΔΟΥΛΟΥ ΓΕΓΟνότος κληρικοῦ ἀγνοίᾳ τοῦ δεσπότου.

Διάταξις θ.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΕφάνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ οἰκουμενικῷ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.

Τῇ αὐτῇ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων εὐταξίας προνοίᾳ ἑπόμενοι, ἃ τοῖς ἱεροῖς ἔδοξε κανόσι καὶ ἡμεῖς συνεπιψηφίζ

locari. At contrà, quod eccleſiaſtico ordini obſeruari debere viſum eſt, vt ſi quis ſæpius vitam monaſticá aſpernatus vagetur, huic prophanum habitum recipere non concedatur, id per legem etiam nos iubemus. Si enim qui vitam monaſticam exuit, mundanæ voluptatis velut aſilo concitus id facit: quæ ratio eſt, tametſi ſemel cupiditatis ſuæ motu prohibitus ſit, quum ſi rurſum ad hoc faciendum animum appellat, ſe ad finem inſolens ſuum conſilium perducturum, ac in prophanorum ſtatum recipiendum eſſe ſciat, vt is non omnibus modis monaſticæ vitæ inſtitutum iterum communi viuendi modo mutet?

DE SERVO QVI IGNORANTE DOMINO CLERICVS factus eſt.

CONSTITVTIO IX.

Idem IMPERATOR Stephano ſanctiſs. vniuerſaliq; Conſtantinopolitano Archiepiſcopo.

EIDEM *recta rerum eccleſiaſticarum conſtitutionis curæ inſiſtentes, quæq; ſacroſanctis canonibus placuerunt, hiſce nos etiã albũ*

ψηφιζόμενοι, τοὺς ἀντιλέγοντας πολιτικοὺς νόμους δίκην τῆς ἀντιλογίας τὴν ἐκ τῶν νομίμων διατάξεων ὑπεξαγωγὴν αὐτὴν εἰσπραττόμεθα. τὸν γὰρ δουλικῆς μὲν ὄντα τύχης, οὐ συνειδότος δὲ τοῦ δεσπότου τὸ τῆς ἱερωσύνης σεμνὸν ἀξίωμα περιβαλλόμενον, κατὰ τὴν σκέψιν τῆς θείας ἐκκλησίας καὶ ἡμεῖς διοριζόμεθα, πάλιν εἰς τὴν προτέραν τῆς δουλείας ἀποκαθίστασθαι τάξιν, ἀπογυμνωθέντα τῆς ἐκεῖθεν σεμνότητος· καὶ τὸν ἀπολύοντα νόμον δουλείας τὸν εἰς ἱερέας παραγγέλλοντα δῆλον οὐ συνεγνωκότος τοῦ δεσπόζοντος, ἀνενέργητόν τι καθιστῶμεν καὶ ἀπαρρησίαστον.

ΠΕΡΙ ΔΟΥΛΟΥ ΜΟΝΑΣΑΝΤΟΣ ἀγνοίᾳ τοῦ δεσπότου.

Διάταξις ι.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΕφάνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

ΟΣΟΝ τίμιον τὸ τοῦ μονάδους βίου ἐπάγγελμα, καὶ οἱ τὸν χρηστὸν ἐκεῖνον καὶ μακάριον ζυγὸν ἀναλαμβάνοντες, ὁποίας εἰσὶν αἰδοῦς ἄξιοι καὶ τιμῆς, ἴσμεν καὶ αὐτοί. οὔκουν οὐδ' ἐπ'

ἀδι

calculum adijcientes, ab aduerſarijs ciuilibus legibus hanc contradictionis pœnam, vt ex legitimis constitutionibus ſubtrahantur exigimus. Vt enim qui, cum ſeruilis conditionis eſſet, ignorante domino venerandam ſacerdotij dignitatem aſſumpſerit, nudatus iſtinc promanante honore, in priſtinum ſeruitutis reſtitueretur ſtatum, ſecundum eccleſiæ Dei voluntatē & nos constituimus." Legem autem, quæ ſeruum ignorante domino ſacerdotem factum, ſeruitute liberat, huc vt neq; effectum, neq; fundi facultatem habeat redigimus. Nouel. 123 Si ſeruus.

DE SERVO QVI INSCIO DOMINO MONACHISMVM SVSCEPIT.

CONSTITVTIO X.

Idem IMPERATOR Stephano ſanctiſs. Conſtantin. Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

QVAM præſtans monaſticæ vitæ profeßio ſit, quiq; ſuaue illud & beatum iugum ſuſcipiunt, quanta illi reuerentia & honore digni ſint, ſcimus quidem & ipſi. Itaq; non quò illum

ἀθετήσει αὐτοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀθετήσεως ἐξαιρούμενοι, ταῦτα διαθεσπίζειν διέγνωμεν, καὶ ἀποφαινόμεθα. ὅσον γὰρ θαυμαστὸν καὶ θεῖον, τοσοῦτον δεῖ τοῦτο μετὰ θαυμαστῆς ὅσης εὐλαβείας ἐφάπτεσθαι, ἀλλὰ μὴ κακογνωμοσύνης πρόφασιν τὸ τῆς μοναδικῆς πολιτείας ποιεῖσθαι σεβάσμιον. πῶς γὰρ οὐκ ἔστι κακογνωμοσύνης, δρασμῷ τοῦ οἰκείου δεσπότου, πρὸς ἐκείνην τὴν πολιτείαν ἔρχεσθαι τὸν οἰκέτην; Ἐπεὶ οὖν τοῖς πρότερον νενομοθέτηται περὶ δούλων ἀποδιδρασκόντων, καὶ οὕτω πρὸς τὸν μονήρη βίον ἐρχομένων, μέχρι μὲν τρίτου χρόνου, δήλου γεγονότος τοῦ φυγάδος, ἐξουσίαν ἔχειν τὸν δεσπότην τοῦ σχήματος ἀπογυμνώσαντα ἀναλαμβάνειν αὐτόν· τρίτου δὲ παρελάσαντος χρόνου, ἐν τῷ ἀφανεῖ διάγοντος, εἰ μετὰ ταῦτα πρὸς ἐμφάνειαν καταστάιη, κρείττω αὐτὸν ὑπάρχειν τῆς δεσποτικῆς ἐξουσίας, καὶ παρὰ τὴν ἐκείνου γνώμην χρηματίζειν ἐλεύθερον· ἐπεὶ οὖν ἐκ τούτου πολλοῖς ὁρῶμεν ἀφορμὴν ἐγγινομένην εἰς τὸ τῶν οἰκείων δεσποτῶν ἀποδιδράσκειν, καὶ πράγματι σεμνῷ τῷ μοναδικῷ ἐπαγγέλματι εἰς πρόφασιν ἀποχρῶνται κακουργίας (ῥᾴδιον γὰρ παντὶ βουλομένῳ οἰκέτῃ μέχρι τριετίας κρύπτειν ἑαυτὸν, εἶτα τῆς ἐλευθερίας αἰτιποιεῖσθαι) κελεύομεν, ἐὰν αὖ καὶ διαλάθοι ὁ γνώμῃ τοιαύτῃ μονάσας οἰκέτης, κἂν ὁ δεσπότης ἐν οἱῳδήποτε καιρῷ τοῦτον ἀνεύροι, ὅπερ κακούργῳ προαιρέσει περιβέβληται ἀποδύεσθαι σχῆμα, καὶ ὑπὸ τὴν δεσποτικὴν ἐξουσίαν πάλιν αὐτὸν κατατάττεσθαι. οὐδὲ γὰρ ὅσιον εἰπεῖν ὡς εὐλαβεῖ διαθέσει τοῦτο

vituperemus, ſed potius quo vituperationi eximamus, hæc ſtatuere viſum eſt, & cenſemus. Quanto enim illa admirabilior diuiniorq́; eſt, tanto maiore, & quidem quanta maxima attingi cum veneratione, nequaquã verò ingratitudinis & improbitatis velamen ac prætextũ monaſticæ vitæ dignitatẽ fieri oportet. Et certè quomodo improbitas dicenda non eſt, ſi homo ſeruus dominum ſuum fugiens, ad illud vitæ inſtitutum deueniat? Quoniam igitur de ſeruis fugitiuis ad vitam monaſticam deuenientibus, ſtatutum à " ſuperioribus eſt, vt ſi intra tres annos fugitiuus manifeſtus fiat, illum habitu nudatum recipiendi facultatem dominus habeat: ſi verò vſq; in tertium annum incognitus manſerit, tametſi poſtmodum agnoſcatur, vt domini poteſtati non obnoxius ſit, præterq́; illius voluntatem liber nuncupetur: & verò inde multos fugiendi dominos ſuos occaſionẽ cepiſſe, ac re honeſta, monaſticæ vitæ profeſſione, ad tegendam maliciam abuti videmus (cuilibet enim ſeruo perfacile eſt, vt ad triennium ſe occultet, deindeq́; libertatem conſequatur) iubemus, vt quantocunq; tempore ſeruus tali conſilio monachus factus delituerit, ſi ipſum aliquando dominus inueniat, nihilominus is quem malo propoſito habitum ſumpſit, hoc exuatur, rurſumq́; in domini poteſtatem ſubigatur. Nam quòd pio affectu habitum illum A Iuſt.Nouel. 5. Si quis verò..

ſump-

περιβάλλοιτο, κἂν τοῦτο λέγειν αὐτοῖς πλάττοιτο. ἄν τι γὰρ, συνοίας δεσποτικῆς ἀπολαύων, ἀντὶ τοῦ στέργειν, μῖσος ἀναλαβὼν, φεύγειν ἔγνω, ἐσχάτης κακίας ἀπόδειξις· ἄν τι (οἷα τὰ ἀνθρώπινα) λυπηρῶν τινῶν εἰς πεῖραν καταστὰς, οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο τὸν δεσπότην ἀπέλιπε, πῶς ἐκείνην τιμήσει τὴν πολιτείαν, ἧς τοὺς πολίτας διὰ παντὸς ἀφορᾶν πρὸς τὸν τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον βούλεται;

ΠΕΡΙ ΔΟΥΛΟΥ ΓΕΓΟνότος ἐπισκόπου ἀγνοίᾳ τοῦ δεσπότου.

Διάταξις ια.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΕφάνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ κλέψαντος οἰκέτου τὸ τῆς ἱερωσύνης σεμνὸν ἀξίωμα, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν εἰς ἀρχιερατικὴν λαθόντων ἀναβεβηκέναι τιμὴν οἰκετῶν παρὰ τὴν γνώμην τοῦ οἰκείου δεσπότου, ὁρίζομεν, τὸ, κατὰ τὸ βούλημα τῆς ἐκκλησιαστικῆς διατάξεως, ἀποχειροτονεῖσθαι μὲν τούτους τῆς ἐν ᾗ κατέστησαν

ſumpſerit, quantumuis id verbis ipſe fingat, ne dici quidem poteſt. Siue enim cum beneuolo placidoq; domino vteretur, pro amore, odio concepto, fugere decreuerit, extremæ ingratitudinis & improbitatis argumentum habes: ſiue (vt ſunt res humanæ) moleſtijs & iniuria affectus non tolerarit, ac idcirco dominum deſeruerit, quomodo eam remp. magnifaciet, quæ ciues ſuos in CHRISTI *crucem & mortem continenter reſpicere vult?*

DE SERVO QVI IGNORANTE DOMINO EPISCOPVS factus eſt.

CONSTITVTIO XI.

Idem IMPERATOR Stephano ſanctiſs. Conſtantin. Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

QVOD *de ſeruo, qui venerandam ſacerdotij dignitatem furatus ſit, idem & de illis ſeruis quibus neſciente domino ad primarij ſacerdotij honores conſcendere viſum eſt, ſtatuimus: vt videlicet ſecundum eccleſiaſticæ conſtitutionis voluntatem, exauthorati, honore in quem clàm irrep*

στησαν λάθρα τιμῆς, πρὸς δὲ τὸ οἰκεῖον καὶ δοῦλον σχῆμα ἐπανάγεσθαι. οὐ γὰρ δὴ τοὺς μὲν ἄλλως ὑφελομένους τι κλοπῇ καὶ ἀπάτῃ, οὐ μόνον οὐ συγχωρήσομεν ἃ ὑφείλοντο ἔχειν ἀναφαίρετα, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ ὡς κακούργους τιμωρησόμεθα. τοὺς δὲ τολμῶντας οὕτω μεγάλων πραγμάτων κλοπάς, τούτους ἐάσομεν σεμνοὺς ἐκ τοῦ κλέψαι διάγειν, καὶ ἑνὸς ἄθλου κακίστου τῆς ἀπάτης δύο κερδαίνειν τὰ τιμιώτατα, ἐλευθερίαν καὶ ἱερωσύνης προνόμιον. τοιγαροῦν καὶ εἴ τις δοῦλος ὤν, ἀγνοίᾳ τοῦ οἰκείου δεσπότου ἐπίσκοπος κεχειροτόνηται, καὶ οὗτος μηδὲν ἐκ τῆς τοιαύτης βοηθείσθω χειροτονίας, εἰς ἀποφυγὴν τῆς δουλείας.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΡΓΑστηρίων χρείας τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

Διάταξις ιβ.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΕφάνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

ΚΩνσταντῖνος ὁ πρῶτος τῇ τοῦ Χριστοῦ κλήσει τὸ στέφος τῆς βασιλείας βασιλικώτερον ἀποφήνας, τῶν ἄλλων αὐτοῦ κατορθωμάτων καὶ τῆς βασιλικῆς προνοίας ἐπάξιον, καὶ τοῦτο προκρινόμενος, τὸ περὶ τὰς τῶν ἀποιχο-

μένων

irrepſerint priuentur, & ad ſuum ſeruilemq́; ſtatum reducantur. Non *enim profectò qui alijs in rebus furto vel fraude aliquid ſubtrahunt, his non modò ea quæ ſubtraxerint retinere non concedemus, ſed interdum etiam vt maleficos puniemus: & qui tantarum rerum furta audent, hos inde honeſtè viuere, & ex vno fraudis peßimo exercitio duo omnium longè precioſißima, libertatem & ſacerdotij prærogatiuam, lucrari ſinemus. Ergo ſiquis ſeruus ignorante domino epiſcopus creatus ſit, inde ad ſeruitutis effugium nil iuuator.*

DE OFFICINARVM MAGNAE ECCLESIAE VSV.

CONSTITVTIO XII.

Idem IMPERATOR Stephano ſanctiſs. Conſtantin. Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

CONSTANTINVS, *is qui primus* CHRISTI *nomine* Imperij *coronam ſplendidiorem ac auguſtiorem reddidit, vbi etiam dignũ alijs ſuis præclaris facinoribus* Imperatoriaq́ *cura fore proſpexiſſet, de ſepultura* nempe eo- Vide Nouel. 43.

μένων ταφῆς, οὓς ἡ ἀπορία μέχρι καὶ τούτου συνέχει, ὀργαστήρια τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐπέταξεν ἐκκλησίᾳ, ὧν ἐκ τοῦ τέλους διώκησι τὴν χρείαν τῆς ταφῆς χορηγεῖσθαι. Ταύτην δὲ ἄρα τὴν πρόνοιαν ὕστερον εὐσεβούντων ἀνδρῶν φιλοτιμία διαδεξαμένη, αὐτή τε τοῖς ἀπόροις εἰς ταφὴν ἐπαρκοῦσα, τὴν εἰς ταύτην τὴν χρείαν χορηγίαν ἀνέτειλεν, καὶ νῦν τὸ παράπαν οὐδὲν ἐκεῖθεν ὁρᾶται καθ' ἣν ἐξ ἀρχῆς ἔθετο φροντίδα ὁ τρισμακάριστος βασιλεύς, οἰκονομούμενον. Ἀλλὰ γὰρ εἰδότες ἡμεῖς ὡς ἅπαξ ἡ ἐκκλησία τὰ τῶν ὀργαστηρίων εἰσφερόμενα τέλη, εἰ καὶ μὴ πρὸς ἣν ἐξ ἀρχῆς ὡρίσθη θεραπείαν τοῦ θείου αὐτὰ καταβάλλεται, διὰ τὸ μὴ τὴν χρείαν ἐπιζητεῖν, ἀλλά γε πρὸς ἑτέραν τινὰ πάντως λειτουργίαν, καὶ αὐτὴν θεραπεύουσαν τὸ κρεῖττον, ταῦτα οἰκονομεῖ· ὁρίζομεν, τὴν ἀνέκαθεν περὶ τούτων διάταξιν, ἀκίνητον διαμένειν. Ἔστι δ' ἅμα πάντων τῶν εἰς ταύτην ἀποτεταγμένων τὴν λειτουργίαν ὀργαστηρίων ἑκατὸν ἐπὶ χιλίοις ἡ ἀπαρίθμησις.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΗΝΕ-κῶν ἐμφυτεύσεων.

Διάταξις ιγ.

rum mortuorum quos in ea etiam re egeſtas premeret, officinas, ex quarum vectigali neceſſarios ad humandos mortuos ſumptus ſuppeditandos ordinaſſet, ſanctæ Dei *eccleſiæ applicauit.* Hanc *igitur prouiſionem quum piorum hominum æmulatio poſtmodum excepiſſet, quæ & ipſa pauperibus ad ſepeliendum ſufficeret, permultum illa in hunc vſum ſumptus auxit.* Verùm *nunc omnino nihil ea ſolicitudine, qua initiò ter ille quaterq́; beatus* Princeps *voluit, diſpenſari inde videas.* At *nos, & ſcientes quidem quòd poſtquam eccleſia officinarum vectigalia occupauit, tametſi (quòd vſus non poſtulet) in quem ab initio conſtitutum eſt,* Nu*minis cultum illa non expendat, in aliud tamen quodpiam miniſterium, & ipſum ad* Numinis *cultum pertinens, prorſus illa diſpenſet: ſtatuimus, vt quæ de his iam olim edita conſtitutio eſt, immota & inuiolata permaneat.* Officinæ *autem omnes quæ in hoc miniſterium attributæ ſunt, ſupra mille numero ſunt ad centum.*

DE PERPETVIS EMPHYTEVSIBVS.

CONSTITVTIO XIII.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΕφάνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

ΠΡΑΓΜΑ πλεονεκτικόν τι καὶ ἄθεσμον, καὶ ὑπὸ τῶν προΐστασθαι λαχόντων τῶν ἀνατεθειμένων οἴκων θεῷ (φημὶ δὴ ἐκκλησιῶν, καὶ ξενοκομείων, καὶ χηροτροφείων, καὶ ὀρφανοτροφείων) ταῖς ἡμετέραις ἀκοαῖς ἀνηνέχθη τολμᾶσθαι. τῶν γὰρ ἐκδιδομένων ἔφασαν οἰκημάτων, ἤδη τοῦ συμπεφωνημένου χρόνου ἐκμετρηθέντος, καὶ περιόδου ἐνστάσης ἀρχῆς, καὶ ἀνανεώσεως τῆς τούτων διακατοχῆς, οὐ γίνεσθαι τὴν καταβολὴν ὡρισμένην τινά, ἣν καὶ ἰδίως εἰσδεκτικὸν καλοῦσιν· ἀλλ᾽ ὡς ἂν παραστῇ τῇ πλεονεξίᾳ τῶν λαχόντων τὴν προστασίαν, οὕτω βαρύνεσθαι ταῖς τοιαύταις εἰσπράξεσι τοὺς τῶν οἰκημάτων διακατόχους. Τοῦτο γοῦν καὶ ἄλλως μὲν χαλεπὸν ἅπασιν ὑπάρχειν συνορῶντες, μάλιστα δὲ γινόμενον χαλεπώτερον ἐν τοῖς ἀπορωτέροις, δι᾽ ὧν αὐτοῖς βαρυτέρα ἡ τῆς ἀπορίας ἀνάγκη καθίσταται, οὐκ ἔτι οὕτω γίνεσθαι νόμον τιθέμεθα, ἀλλ᾽ ὡρισμένῃ ποσότητι περιορίζεσθαι τὴν καταβολήν, πρὸς τὸ διπλάσιον ἀριθμουμένην τοῦ τέλους τῆς ἐμφυτεύσεως· προσγραφομένης δηλονότι τῆς εἰσφορᾶς ἁπάσης ἐν τοῖς τῆς ἐκδόσεως χάρταις, καὶ τῷ οἴκῳ ἀκαινοτομήτου προσαγομένης, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἴδιον πορισμὸν τῶν εἰς τὴν προστασίαν καθισταμένων σφετεριζομένης, ὑπόθεσιν ἀνοσίου κέρδους καὶ οὐχὶ τῆς τῶν οἴκων ὠφελείας τὸ πρᾶγμα ποιουμένων αὐτῶν.

Idem IMPERATOR Stephano ſanctiſs. Conſtant. Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

REM fraudulentā ſimul & illicitam, conſecratarum Deo ædium (eccleſiarū videlicet, hoſpitiorū, & viduis pupilliſq; alendis deſtinatarum domuum) præfectos etiam audere, ad noſtras delatū eſt aures. Narratū eſt enim, quum domus elocatæ ſint, iamq; tempus pacto conſtitutū decurrat, quando locationis terminus, ac poſſeſsionis renouatio inſtat, non fieri certam aliquam & ſtatutā ſolutionem, quam peculiari nomine εἰσδεκτικὸν *vocant: ſed quomodo præfectis pro ipſorum" auaritia viſum ſit, ita exactionibus domuū poſſeſſores prægrauari.* Lego πλεονεξίᾳ. *Id igitur cùm omnibus graue, tum pauperioribus (quòd ita ipſis durior egeſtatis neceſsitas imponatur) longè eſſe acerbiſsimū videntes, ne id amplius fiat, lege cauemus: ſed vt certa quantitate ad duplum emphyteutici vectigalis conſtituendæ ſolutio definiatur: & inſuper omnis illatio locationis inſtrumentis inſcribatur, domuiq; nulla nouatio adferatur: non verò in præfectorum quæſtum interuertatur, dum illi non vt domuum vtilitati conſulant, ſed ſceleſtè ſibi lucrum parent, hoc agunt.*

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑΛΙπόντων ἀτελὲς μοναστήριον.

Διάταξις ιδ΄.

ΤΩ ΑΥΤΩ.

Τὸ τῆς γνώμης προπετὲς καὶ φιλόνεικον πρὸς ἔνστασιν τὴν ἰσχὺν καταπαλαίουσαν, ὁμοίως νεμεσητόν τε καὶ ἀναπόδεκτον, ἄν τε δήλην ἔχῃ τὴν κακίαν ἡ ἐπιχείρησις, ἄν τε σχῆμα ἐπιεικὲς προβαλλομένη προσέρχηται. τοῦτο καὶ ὁ τὰς παραβολὰς καὶ τὰ ἀπ' ἀρχῆς προβλήματα φθεγγόμενος ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ ἐν εὐαγγελίοις βούλεται, ἐν οἷς πόλεως οἰκοδομὴν καὶ ἀπαρτισμὸν καὶ τὰ ὅμοια διαλέγεται. Εἰκότως ἄρα οἵ τε ἱεροὶ θεσμοὶ καὶ ἡ πολιτικὴ ψῆφος σύμφωνα ἀφιᾶσι παρακελεύσματα, τοὺς ὅσοι μὴ πρὸς ἀπαρτισμὸν τοῦ ἔργου ἱκανοὶ ὄντες, μοναστηρίου κατασκευῆς ἐφάπτονται, ἀπείργειν τῆς ἐπιχειρήσεως. δεῖ γὰρ τὰ πράγματα, ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ, πρὶν τελείωσιν ἥκοντα, οὕτω τὴν προσήκουσαν ἐφαρμόζεσθαι κλῆσιν· ἀλλ' οὐχὶ μόνον ἐξαρκεῖ τὸ ὄνομα τῇ τῶν πραγμάτων ἀτελείᾳ παρέχειν τὴν σύστασιν. ὅπερ οὖν εἴρηται, καλῶς ἀπαγορεύοντος τό, τε ἱερὸν τό, τε πολιτικὸν θέσμιον ἐπι-

χειρ

DE IIS QVI MONASTERIVM IMPERFECTVM RELINquunt.

CONSTITVTIO XIIII.

Eidem.

QVI *præcipitanter ambitioſeq́; ad faciendum aliquid fertur, ac ipſo in initio viribus ac facultate deſtituitur, ſiue manifeſtum vitium, ſiue benignitatis ſpeciem conatus præ ſe ferat, ſimul ille reprehenſione dignus, ſimul aſpernādus eſt.* Hoc *ſanè & qui ſimilitudines ab initio prouerbiaq́; loquitur,* Dominus *noſter & Seruator in Euāgelijs vult, vbi de ædificatione vrbis, & abſolutione, ac de ſimilibus ſermocinatur.* Meritò *igitur & ſacræ leges & ciuilia decreta ſimiles edunt, eiuſdemq́; ſenſus admonitiones, vt quicūq; monaſteriū conſtruere inſtituerent, ſi ad perficiendum opus pares non eſſent, id aggredi prohiberentur.* Oportet *enim quaſcunq; res, vbi ad perfectionē peruenerint, tum demū conuenientē appellationem indipiſci: nequaquam verò nomen rebus imperfectis, vt conſummatæ conſtitutionis ſint, præſtare poteſt.* Itaque *(quod dictum eſt) rectè ſacra " ciuiliſq́; lex eos qui ad rem*

Vide Nouel. 67. & 131.

χειρῶν οἰκοδομεῖν μοναστήριον τοὺς οὐκ ὄντας αὐτάρκεις πρὸς τὴν τοῦ πράγματος τελείωσιν. Ἐπεὶ μέντοιγε ἄδηλον ἐκεῖνο, τὸ, μέχρι τίνος ὁ ἱκανὸς ἀπαρτισμὸς εἰς μοναστηρίου κατασκευὴν (οὐ γὰρ διώρισται ῥητῶς παρ' αὐτοῖς ὁ τοιοῦτος ἀπαρτισμὸς) ἔδοξε δῆλον περὶ τούτου ἐκφῆναι δόγμα. φαμὲν οὖν, ὡς ἐπεὶ τὸ θεῖον ἐκεῖνο στόμα, ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν· χρῆναι, τὸ ἐλάχιστον, τρισὶν ἐπαρκεῖν τὸ μοναστηρίου κλῆσιν ὑποδυόμενον ἔργον· ὃ δηλονότι καὶ δοξολογίαν ὁρᾷ συνυπαρχούσης τῆς εὐπορίας. τῷ μὲν οὖν πρὸς ἀνιέρωσιν μοναστηρίου ἀκώλυτον ἔχοντι τὴν ἐπιχείρησιν, εἰς τοσοῦτον δεήσει τὸ ἐλάχιστον τὸ ἀφιέρωμα συντελεῖν. Ὅτι δὲ πλεῖστοι πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες, ἐνίοτε ὀπίσω βουλῆς ἀπολείπονται, προλαμβάνοντος τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις αὐτοὺς συναναστροφῆς ἐξαφανίζοντος, ἐκεῖνο ἡμῖν θεσπίζεται, ὡς διατυπώσεως προελθούσης, τὰ ἐν ταύτῃ διορισθέντα ἔσται τῆς ἐκκλησίας. εἰ δ' (ὁποῖα πολλὰ φέρει τὸ ἄδηλον) πρὸ τῆς τῶν οἰκείων ἀναρπασθείη διατυπώσεως, παίδων μὲν ὑπόντων ἄχρι τριῶν, τέταρτον μέρος τῆς ὑπάρξεως οἰκειώσεται ἡ μονή· ἐπέκεινα δὲ τοῦ τρίτου ἀριθμοῦ προϊόντος τοῦ τῆς γονῆς πλήθους, συγκαταλέξεται

τὸ

abſoluendam pares non ſint, fabricandi monaſterij inceptione prohibet. Verùm quoniam incognitum illud eſt, quando monaſterium ſufficienter abſolutum iudicari debeat (non enim expreſsè ab illis huiuſmodi abſolutio definita eſt) hac de re certum atque euidens edictum promulgare placuit. Dicimus igitur (quoniam diuinum os loquutum eſt: VBI DVO AVT TRES IN NOMINE MEO CONGREGATI SVNT, IBI IN MEDIO ILLORVM SVM) *quòd opus aliquod monaſterij appellationem ſubiturum, minimùm tribus ſufficere oporteat: quòd nimirū idem opus, ſi facultatibus quoq; abundè inſtruatur, ad celebritatē nominis etiam valeat. Vt ergo quis liberā impedimentoq; carentē ad dedicandū monaſteriū aggreſsionem habeat, in tot minimùm monachos dedicationē concipiat neceſſe fuerit. Porrò quia permulti, qui ſe iſtiuſmodi incœpto dedunt, præueniente morte, ipſosq; hominū conſortio eripiente, interdum propoſito deſtituuntur: illud à nobis ſtatuitur, vt ſi teſtamentū conditum ſit, quæ in illo eccleſiæ aſsignata ſunt, ea illi cedant. Si verò (vt identidem ex mortis incertitudine contingit) antequā de rebus ſuis ſtatueret enectus fuerit, tum ſi ad tres numero liberi ſuperſint, quadrantem bonorum inuolabit monaſterium: ſin vltra ternarium numerum ſobolis multitudo procedet, liberis connumera-*

τὸ μοναστήριον τοῖς παισὶ, καὶ τὰ ἴσα ἑνὶ τούτων ἑκάστῳ λήψεται ἐκ πάσης περιουσίας ἧς οὐχ ἅπτεται χρεία τοῦ τεθνηκότος. ἄπαιδος δὲ ὑπάρχοντος τοῦ τὸν βίον λιπόντος, ἐπὶ γονεῦσι δὲ λιπόντος, δίχα τῶν προσόντων διαιρουμένων, ἡ μὲν τοῖς γονεῦσιν, ἡ δ᾽ ἑτέρα μοῖρα τῷ μοναστηρίῳ παραχωρηθήσεται. Εἰ δ᾽ ἔρημος εἴη κληρονόμων ἀνιόντων καὶ κατιόντων, τοὺς ἐκ πλαγίου δὲ εἰσιόντας ὁ κλῆρος προσίεται, αὐτοὶ μὲν, ὅσοι ἂν καὶ ὦσι, τὸ τρίτον μέρος διανεμήσονται· τὸ δὲ δίμοιρον δὲ προχωρήσει τῇ ἐκκλησίᾳ. εἰ μέν τοίγε ἢ διὰ ἄγνοιαν, ἢ δι᾽ ἑτέραν τινὰ αἰτίαν, εἰς ἐναντίαν γνώμην τὰ διατετυπωμένα ἀποκρίνεται τῆς νομίμου προαιρέσεως, θεσπίζομεν, τὸν κατὰ τὸν τόπον θεοφιλέστατον ἀρχιερέα, ὅσα μὲν ἀποχρῶντα εἰς διοίκησιν ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ μελλόντων παρεδρεύειν, ἀντιλαμβάνεσθαι, τοῖς δὲ λοιποῖς τὴν τῶν νόμων βουλὴν καὶ διάθεσιν διαιτᾷν.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΞΕΙΝΑΙ τὸ σωτήριον βάπτισμα ἐν παντὶ εὐσεβεῖ εὐκτηρίῳ τελεῖν.

Διάταξις ιε.

bitur monaſterium, & deducto ære alieno, ex vniuerſa ſubſtantia, quantum ipſorum quiſque, capiet. Quòd ſi defunctus ſine liberis deceſſerit, parentes autem ſuperſtites habeat, rebus bifariam diuiſis, vna pars parentibus, altera monaſterio applicabitur. At ſi neque parentes, neque liberos hæredes habeat, & cognati ad hæreditatem prodeant, ipſi quidem quotcunque fuerint, trientem inter ſe diſtribuent, bes verò eccleſiæ accedet. Verumenimuerò ſi aut per obliuionem, aut aliam quampiam cauſſam, in contrariam laudabili legitimoq; propoſito teſtamentum ſententiam conceptum ſit, vt eius loci antiſtes Dei amantiſsimus, quantum ad eccleſiæ, eorumq; qui in illa aſſeſſuri ſunt, ſuſtentationem ſuffecerit, vendicet: de reliquis verò legum præſcriptio & teſtamentum dijudicent.

VT SALVTAREM BAPTISMVM IN QVOCVNQVE SAcro oratorio peragi liceat.

CONSTITVTIO XV.

Idem

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΕφάνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

ΚΑΙ οὗτος ὁ τῆς σεβασμίας ἐκείνης συνόδου κανὼν ἱερὸς, ὃς τὸ θεῖον τῆς ἀναγεννήσεως λουτρὸν ἐν τοῖς κατ' οἶκον εὐκτηρίοις τελεῖσθαι ἰδίᾳ οὐ βούλεται, ἀλλὰ ἐν μόνοις τοῖς πρὸς τὸ κοινὸν ἀνιερωμένοις ναοῖς· ἀδελφὰ παρακελευόμενον τοῖς οἳ τὰς ἱερὰς θυσίας καὶ τελετὰς κατ' οἴκους ἀποδέκοντες γίνεσθαι, ἔτυχον παρ' ἡμῶν ἐπισκέψεως ἔμπροσθεν· ὁμοίως καὶ ἀδελφῶς ἐκείνων ἐπανορθώσεως τεύξεται. Ὁρίζομεν οὖν, καθὼς περὶ θυσιῶν, οὕτω καὶ περὶ σωτηρίου βαπτίσματος, τὸ ἐξεῖναι αὐτὸ ἐν παντὶ εὐσεβεῖ εὐκτηρίῳ τοῖς βουλομένοις τελεῖν. τὴν γὰρ τοιαύτην ἀκρίβειαν δοκεῖ μοι πεποιῆσθαι τὸ ἱερὸν τῆς συνόδου διάταγμα, διὰ τοὺς ἐν ἱερέων ὀνόματι ἀνιέρους καὶ βεβήλους τοὺς ὑπ' αὐτῶν προσαγομένους τῷ λουτρῷ ποιοῦντας, οἳ, ὡς εἰκὸς, ἐν τοῖς τῶν ὁμοδόξων οἴκοις ὑποδυόμενοι, οὐ τελοῦσιν, ἀλλὰ συντελοῦσι τοῖς αὐτοῖς προσερχομένοις. αὕτη δὲ ἡ καὶ θεία καὶ πολὺ τὸ σωτήριον ἔχουσα δεικνύνται πρόνοια, ὅμως οὐκ ἐξαρκεῖ τοὺς τῆς ἀσεβείας ἀναπεπλησμένους, τῆς ἑαυτῶν κακίας ἀναχαιτίζειν. καὶ γὰρ τολμηρὸν

ἡ κακ

Idem IMPERATOR Stephano ſanctiſs. Conſtantin. Archiep. ſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

ETIAM *hic venerandæ ſextæ ſynodi ſacer canon, qui non in priuatarum ædium oratorijs ſeorſum, ſed in ſolis in communē vſum conſecratis templis, diuinam regenerationis lotionem perfici vult, quum ſimilia cum illis* "*iubeat, qui ſacroſancta ſacrificia & myſteria in priuatis domibus celebrari vetant: ideoq; à nobis iampridem conſideratius expenſi ſunt: tanquam illorū germanus ſimiliter correctionem conſequetur. Statuimus igitur, quemadmodū de ſacrificijs, ſic quoq; de ſalutifero baptiſmate, vt & ipſum in quocunq; ſacro oratorio quibuſlibet peragere licitum ſit. Nam hæc tam ſtrictè ſacrum ſynodi decretum conſtituiſſe, mihi quidem videtur, propter eos qui quanquam ſacerdotū nomen gerant, prophani tamen ſunt, & quos ad lauacrum adducunt, pollutos reddunt: qui (vt apparet) domos eiuſdem opinionis hominum ſubeuntes, non rem diuinam faciūt, ſed" cum ijs qui conueniunt, inauſpicati aliquid moliuntur. Hanc verò prouiſionē tametſi & diuinā eſſe, & multa ſalutaria cōtinere conſtet: non tamen illa ad impietatis plenos à ſuis vitijs coercendos ſufficiat. Nā & res audax eſt*

Similis eſt Conſt. 4.

" Lego παρακελευόμενος.

" Quin hæc huius loci de mēdo ſuſpecti, ſententia ſit, non dubito.

mal

ἡ κακία, καὶ παντί γε τρόπῳ χώραν οἰκείαν εὑρήσει, καὶ τῶν συντηρίων ἀποκεκλεισμένων, εἰς ἐκπλήρωσιν τῆς οἰκείας προαιρέσεως. πλὴν ἀλλά γε νῦν θείᾳ χάριτι πάσης κακοδοξίας ἀπεσκορακισμένης, οὐδὲν καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ὁρῶ μοι τὸ δόγμα προβαλλόμενον ἀναγκαῖον, εἰς τὸ κωλύειν ἐν τοῖς κατ' οἶκον συντηρίοις τὸ λουτρὸν τῆς ἀναγεννήσεως.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΧΕΙροτονεῖσθαι ὑποδιάκονον κ ἐτῶν, ἀλλὰ κε.

Διάταξις ις.

ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ὁ ΠΑΛΑΙΟΣ λόγος, ὃς παρεγγυᾶται τῷ περὶ τῶν οἰκείων λέγοντι ἀναπεταννύειν τὴν ἀκοήν, καλῶς καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔχων, ἐνταῦθα πολὺ διαδείκνυται καλλίων. τί οὖν ἐστιν ὅ φημι; πολιτικῶς θεσπίζει νόμος τὸν ἐλάττω πέντε καὶ εἴκοσι ἐτῶν μὴ χειροτονεῖσθαι εἰς λειτουργίαν ὑποδιάκονον. ἱερὸν ἀντιθεσπίζει δόγμα, τὸν πρὸς τὴν τοιαύτην διακονίαν προσιόντα, τὸν εἰκοστὸν χρόνον εἰσάγειν εἰς τὴν χειροθεσίαν. Ἄξιον οὖν ἡμῖν ἡ βα-

σιλ

malitia, omniq; modo,clauſis etiam oratorijs, ad explendum propoſitum ſuum, ſuam inueniat viam. Verumtamen quum nunc diuina gratia omnes peruerſæ opiniones ſint profligata,etiam quãtum ad hoc attinet, quamobrem reipub. hoc decretum ad prohibendam in priuatarum ædium oratorijs regenerationis locationem obtrudatur, nullam equidem eſſe neceſſariam cauſam video.

VT QVI VIGINTI ANNOS HABET, HYPODIACONVS creari poſſit.

CONSTITVTIO XVI.

Eidem.

V E T V S *verbum, quod de rebus ſuis dicenti aures eſſe aperiendas monet, cum in alijs omnibus perbellè ſeſe habeat, tum hic longè eſſe pulchrius apparet. At quorſum hoc? Ciuilis lex ſtatuit, ne minor viginti quinq; annis in diuinis officijs creetur hypodiaconus. Decretum ſacrum contrà ſtatuit, vt qui ad iſtiuſmodi miniſterium accedit, hunc vigeſimus annus ad ordinationem perducat. Dignum itaq; ſacrã legem* de

Hoc idẽ conſtituitur conſt. 75.

Noue.123. Clericos autem.

σιλεία ἡγησαμένη τοῦ ἱεροῦ ἀκούειν νόμου ἐν τῇ περὶ τῶν οἰκείων διατάξει, τούτῳ καὶ συμψηφίζεται, καὶ ὁρίζει, τὸν πρὸς ἑκατὸν ἔτος ἐλάσαντα, μὴ δὲ ἄλλης διαγωγῆς τοῦ βίου ἐμπεδὰν ἱσταμένης, ὅσα γε ἐκ δὲ ἡλικίας, μηδὲν εἰς τὴν τοῦ ὑποδιακόνου προχείρισιν ἐμποδίζεσθαι.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΕΚΟΥΣΩΝ γυναικῶν, πότε λαμβάνει τῶν θείων μυστηρίων, καὶ πότε τὰ βρέφη βαπτίζονται ἄχρι τῶν μ ἡμερῶν, χωρὶς ἀνάγκης.

Διάταξις ιζ.

ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΗΜΕΝ *ἀξίωσις τῆς ὑμετέρας μακαριότητος ὑφ' ὑμῶν μᾶλλον δικαία προέρχεσθαι ἦν, ἢ παρ' ἡμῶν τὴν γένεσιν λαβεῖν. ἔδει γὰρ τῆς ἡμῶν ἱερότητος θέσπισμα εἶναι ὑπόθεσιν ἱεράν. ἐπεὶ δὲ φατὲ ὡς οὐ δέον ἐφ' ἑνὶ κεφαλαίῳ συνοδικὴν γίνεσθαι διάσκεψιν, συνόδου δ' αὖ εἴη ἔργον προάγειν ψήφους, ὑμέτερον δὲ καὶ δίχα συνόδου ἐκτίθεσθαι δόγμα· δεχόμενοι τὴν προβολὴν, ὧν ἀξιοῦτε διάταξιν ἐκφέρομεν. Τοῦ κυ-*

ρίου

de rebus ſuis præcipientem audire Imperatoria noſtra maieſtas rata, & in eandem cum illa ſententiam deſcendit, & ſtatuit, vt qui ad vigeſimum annum peruenit, modò anteactæ vitæ ratio obſtaculo non ſit, quantum ad ætatem, hypodiaconi officiū ſuſcipere non impediatur.

DE PVERPERIS, QVANDO DIVINORVM MYSTERIORVM participes fiant, & quādo infantes baptizentur, poſt quadraginta videlicet dies, extraquàm ſi neceſſitas vrgeat.

CONSTITVTIO XVII.

Eidem.

ID *quod beatitudo tua poſtulat, à vobis procedere, quàm à nobis originem ſumere ac proficiſci, æquius fuerat. De re enim ſacra ſanctitatem tuam ſancire oportebat. Verùm quoniam ſuper vno duntaxat capite concilium conſultare (quum de multis decernere concilij ſit) inconueniens eſſe, nos verò & citra concilium decretum facere poſſe, dicitis: admonitionem ſuſcipientes, quibus de rebus poſtulationem inſtituiſtis, de ijs conſtitutionem emittimus. Quum itaque*

ρὶς τοίνυν καὶ σωτῆρος ἡμῶν, ὥστε τῷ φωτισμῷ τῆς αὐτοῦ δόξης ἐπιλαμφθῆναι τοὺς ἐν σκότει διαπορουμένους, σαρκὸς ἡμῶν καὶ αἵματος παραπλησίως κεκοινωνηκότος, λίαν ἔμοιγε δοκοῦσι φρονεῖν ὑπεναντία τῇ ἐκείνου σωτηριώδει προνοίᾳ, ὅσοι μὴ τοῦ φωτισμοῦ ἀξίαν ὑπολαμβάνουσι τὴν ἄρτι μὲν τετοκυῖαν καὶ ἐπίλοχον, καταλαμβανομένην δὲ ὑπὸ τοῦ θανάτου παρὰ πόδας ἑστῶτος, καὶ τὴν προθεσμίαν ἣν αὐτοὶ ἀναμένειν οἴονται (φημὶ δὲ τὴν μετὰ τὴν λύσιν τῶν ὠδίνων τεσσαρακοστὴν ἡμέραν) οὐκ ἀναμένοντος, ἀλλὰ θᾶττον προαρπάζοντος· καὶ διὰ τὴν σωματικὴν ἀκαθαρσίαν, ἀκάθαρτον ὡς ἀληθῶς δὴ ἀνθρώπων ἀπηνῶς καταπραττόμενοι ταύτην, ἀμυσταγώγητον οὖσαν, καὶ τῆς διὰ τοῦ θείου λουτροῦ καθάρσεως καὶ ἀναγεννήσεως ἀμέτοχον. οὐδ' ἐννοοῦσι τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου καὶ τῆς ζημίας, ἣν τῆς αὐτῶν εὐλαβείας τὸ ἀνευλαβὲς καὶ σφαλερὸν προξενεῖ. καίτοιγε διὰ τὴν ὑπερβολὴν οὐδὲ λόγου δεῖται ἡ τοιαύτη ἀτοπία. πῶς γὰρ θεμιτὸν, ἢ πῶς οὐ λυπηρὸν θεῷ (ὃς διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως καὶ τῆς ἐν τῷ ὕδατι καὶ πνεύματι ἀναγεννήσεως δωρεῖται τὴν σωτηρίαν) ἄπιστον καὶ τῆς ἀναπλάσεως ἔρημον τὸν ἄνθρωπον ἀπελθεῖν, καὶ ἀντὶ τοῦ μετὰ τῶν σεσωσμένων τετάχθαι, εἰς τὴν τῶν ἀπολωλότων ἐρρίφθαι χώραν, ἕνεκά γε τῆς τοιαύτης προφάσεως; Τὴν οὖν τοιαύτην ματαιοφροσύνην ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐκποδὼν ποιούμενοι ὁρίζομεν περὶ τικτουσῶν γυναικῶν, καὶ ὅσαι τῇ φυσικῇ καθάρσει καταλαμβάνονται, ἀνυπο-

Dominus & ſeruator noſter, quò ſplendore gloriæ ipſius illuminarentur qui in tenebris ambulant,iuxtà atq; nos carnis atq; ſanguinis noſtrì particeps factus fuerit:valde(mea quidem ſententia) à ſalutifera ipſius prouidentia diuersè ſentiunt, " quotquot eam quæ ex recenti puerperio decũbit, & morte præ foribus conſiſtente, nec diem quem ipſi expectandum autumant (quadrageſimum nempe poſt partum) expectante, citiusq́; obtorto velut collo protrahente, corripitur:illuminatione indignam eſſe opinantur, & vt ob corporis immundiciẽ reuera illa è vita immunda excedat (quippe quæ in ſacris non inſtituatur, nec ſacri lauacri luſtrationis, regenerationisq́; particeps fiat) efficiunt. Neq; *verò illi periculi damniq́; magnitudinem, quã inconſiderata ipſorũ & pernicioſa religio adfert,præ oculis habent.* Verùm *ea illa eſt abſurditas,vt oratione nõ indigeat.* Talem *enim mulierẽ incredulam reformationeq; deſtitutã decedere, & iſtiuſmodi ob cauſam, pro eo quòd inter ſeruandos collocanda eſſet, in perditorum damnatorũq; locũ reijci: quomodo ſ.u,*Deóve, *qui per fidẽ in ipſum & in aqua Spirituq; regenerationẽ,ſalutem donat, nõ graue atq; acerbũ eſt?* V*anã igitur iſtiuſmodi prudentiam dehinc in futurũ è medio tollentes,de mulieribus, quæ recens pepererunt, quæq; naturali expurgatione occupatæ ſunt,ſtatuimus, vt ſi quidem alia*

" Notãtur Theophilus & Dionyſius epiſcopi Alexandrini.

χλέτου μὲν δὲ ἑτέρας τινὸς διαθέσεως νοσηρᾶς τῆς ζωῆς αὐτῶν διατελούσης, ἀμετόχους εἶναι, τὰς μὲν ἀτελέστους, τοῦ φωτισμοῦ, τὰς δὲ μεμυσταγωγημένας, τῶν ἀχράντων μυστηρίων τῆς μεταλήψεως, μέχρι τῆς τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν προθεσμίας· νοσήματος δέ τινος καταλαβόντος καὶ κατασχόντος, καὶ τὴν διακοπὴν τῆς ζωῆς ἀπειλοῦντος, παντὶ τρόπῳ μεταλαγχάνειν αὐτὰς τοῦ ἁγιάσματος. εἰ γὰρ ἐκείνοις ὅσοι δι᾽ ὑπερβολὰς ἀνοσιουργημάτων ἀπείργονται μακροῖς ἔτεσι τῆς ζωοποιοῦ κοινωνίας, ὁ θάνατος ἐπιστὰς τὸ ἐμπρόθεσμον διακόπτει, καὶ οὐδεὶς αἰσχύνεται τούτους κωλύειν τῆς τῶν ἁγίων μετοχῆς· ἧπου γε αὗται κωλυθήσονται διὰ ῥυπάσματα σαρκὸς φυσικά. καὶ ἀποροῦμαι καὶ τῷ παλαιῷ κεκωλῦσθαι νόμῳ, καὶ τὴν χάριν διαδέξασθαι τὴν παράδοσιν, οὐχὶ τοσοῦτον διὰ τὴν γυναικείαν ταύτην ἀκαθαρσίαν, ὅσον δι᾽ ἑτέρας αἰτίας ἐν τῷ βάθει κρυπτομένας τοῦ νομοθετήματος. λογίζομαι γὰρ, τὸ τῆς ἐπιθυμίας ἀκόλαστον τῶν ἀκρατῶς ἐχόντων κολάζον τὸ θέσπισμα τοῦτο διατάξαι, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ δι᾽ ἑτέρων οἰκονομεῖται προσταγμάτων· ὡς ἂν διὰ τούτων τὸ πρὸς τὸ θῆλυ ἐνίων τῆς ὁρμῆς ἀκατάσχετον χαλινούμενον ἀνακόπτοιτο. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ προνοίας ἐστὶ, τὰ τικτόμενα λώβης καθαρεύειν, οἰκονομούσης τὸ θέσπισμα. ἐπεὶ γὰρ ἅπαν τὸ τῇ φύσει περιττὸν, φθοροποιόν τι καὶ ἄχρηστον, περιττὰ δὲ καὶ ταῦτα ὑπάρχει τὰ αἵματα, τὰς φερούσας αὐτὰ, ἐν ἀκαθαρσίᾳ

κατ᾽

quacunq; affectione morbida ipſarũ vita non tentetur, vſq; ad præfinitum quadraginta dierum tempus expertes maneant,nondũ initiatæ, illuminatione:ad ſacra recepta & initiatæ,ſacroſanctorũ myſteriorum perceptione. at ſi quis ipſis morbus, qui vitæ internecionẽ minitetur, ſuperueniat & incumbat, ſacrarũ rerũ omnibus modis participes fiant. Etenim ſi illis qui propter enormia flagitia multis annis viuifica cõmunione arcentur, mors adobruens præſcriptum tempus incidit, neq; quiſquã hos ſacrorũ participatione prohibere ſuſtinet: qua ratione hæ propter naturales carnis ſordes prohibebuntur? Quod profectò nõ tam propter muliebrem hanc immundiciem, quàm ob alias cauſas in intima legis ratione recõditas, & veteri prohibitũ eſſe lege, & gratiæ tempus traditionis loco ſuſcepiſſe puto. Exiſtimo ſiquidem ſacrã legem id præſcripſiſſe,quò proteruam eorũ qui intemperanter viuerent concupiſcentiam caſtigaret: quemadmodũ & alia multa per alia præcepta ordinantur & præſcribuntur, quò indomitus quorundam in mulieres ſtimulus retundatur. Quin & hæc prouidentiæ quæ legẽ cõſtituit voluntas eſt, vt partus à deprauatione liberi ſint. Quia enim quicquid natura ſuperuacaneũ eſt, idẽ corruptiuũ & inutile eſt, quòd hic ſanguis ſuperfluus ſit,quæ illi obnoxiæ eſſent, in immunditie ad id tẽporis viuere illas lex iubet: " quò :: Lego 3.

κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν διάγειν ὁ νόμος ἐντέλλεται, ὅπερ καὶ ἀπ' αὐτοῦ μόνου τοῦ ῥήματος εἰς τὸ ἀκρατὲς συστελλομένης τῆς ἀκολάστου ἐπιθυμίας, μὴ δὲ ἀχρήστου καὶ διεφθαρμένης ὕλης λαμβάνῃ τὸ ζῶον τὴν σύστασιν. Καὶ περὶ τῶν βρεφῶν δὲ ὁμόφρονα διορίζομεν· εἰ μὲν ἀνενόχλητα εἴη καὶ τῶν τῇ φύσει πολεμίων συμπτωμάτων περίεστιν, πρὸς φωτισμὸν τὴν τεσσαρακοστὴν ἡμέραν ἐκδέχεσθαι. ἀκόλουθον γὰρ, ὥσπερ ἐν ὅλαις ἡμέραις τεσσαράκοντα τὸ πλῆρες ἀπολαμβάνει τῆς μορφώσεως ἐν τῷ τῆς φύσεως καὶ μητρικῷ οἴκῳ, οὕτως ἐν ἴσῳ ἀριθμῷ ἡμερῶν εἰς τὸν οἶκον τῆς θείας δόξης καὶ ἀϊδίου πάντων πατρὸς τὰ τικτόμενα προσιέναι. Εἰ δὲ καὶ τῇ ἀπὸ τῶν ὠδίνων ὀγδόῃ βούλοιτό τις βαπτίζειν, οὐδὲ τοῦτο ἄτοπον· ὁ γὰρ δεσπότης ἡμῶν Χριστὸς ἐν ταύτῃ περιτμηθεὶς, καὶ τὴν λῆξιν τῇ περιτομῇ ἐπιθεὶς, παρέσχεν ἀντὶ ταύτης τῷ ζωοποιῷ τελεῖσθαι βαπτίσματι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, εἰ μηδεμία παρίστησιν ἀνάγκη τὸν θάνατον ἀπειλοῦσα· εἰ δέ τι δεινὸν ἐπιστὰν βιάζεται τὴν ζωὴν, πάσῃ σπουδῇ καὶ δυνάμει καὶ τῆς ὀγδόης ἐντὸς δεήσει καταπράξασθαι μὴ ἀφώτιστον ἀπελθεῖν μηδὲ τοῦ θείου λουτροῦ καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀμέτοχον τὸ τεχθέν.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΠΑΙΤΕΙσθαι τὸ γαμικὸν πρόστιμον.

Διάταξις ιη.

ipſo etiam nominis ſono laſciua concupiſcentia ad temperantiã redigatur, ne ex inutili & corrupta materia ipſum animans coagmentetur. Et ſanè de infantibus eundem ad modum conſtituimus, vt ſi non inquietentur, inimicosq́; naturæ caſus ſuperent, antequam gratiæ ſplendore illuſtrentur, quadrageſimus dies expectetur. Conſentaneum nanq; eſt, vt quemadmodũ fœtus quadraginta diebus in naturæ maternoq́; receptaculo plenè informantur, ſic etiam in æquali dierũ numero in diuinæ gloriæ æterniq́; omnium Patris domum procedant. Si tamẽ & octauo à partu die baptizare aliquis volet, neque id abſurdum fuerit. Dominus enim noſter CHRISTVS *octauo die circunciſus, impoſito circunciſioni fine, pro hac viuifico baptiſmate initiari conceßit. Verùm hæc obtineant, ſi nulla neceßitas, quæ mortem minetur, exiſtat. At ſi periculum aliquod emergẽs vim vitæ inferat, omni diligentia omnibusq́; viribus etiam intra octauum diem ſacram lotionem peragi oportebit, ne non illuminatus, neque ſacri lauacri, atque adeò ſummi boni expers partus decedat.*

VT IN SPONSALIBVS CONSTITVTA POENA EXIGATVR.

CONSTITVTIO XVIII.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ ὑπερφυεστάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

ΤΗΝ τοῦ κρείττονος ἐκλογὴν ἐν πᾶσι καὶ πράγμασι καὶ λόγοις ποιεῖσθαι οὐ νεμεσητὸν, καὶ τότε μὲν πρὸς τοὺς πραγματευομένους, ἢ λέγοντας, πρὸς δὲ τὴν τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων κατάστασιν ἢ ἐπαινεῖσθαι, ἢ τὴν ἔγκλισιν προστιμᾷν. διὰ τοῦτο καὶ ἃ τῇ συνηθείᾳ ἤρεσεν ἐν ταῖς τῶν μνηστειῶν ἀθετήσεσιν ἐπικεῖσθαι προστιμήματα, τοῖς ὁρμῶσι πρὸς τὴν ἀθέτησιν, καὶ ταῦτα εἰς νόμου καθιστῶμεν τιμήν. οἶμαι γὰρ, τοῦ ἐπὶ ταῖς τοιαύταις πράξεσι κειμένου νόμου μὴ χεῖρον ἔχειν τὸ δεδογμένον τῇ συνηθείᾳ, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἄμεινον ἀναφέρειν τὰ πράγματα. τοῦ γὰρ νόμου ἐν μόνῃ τῇ τοῦ ἀῤῥαβῶνος ἀπωλείᾳ ἢ διπλῇ ἀποδόσει κολάζοντος τὴν προπέτειαν, αὕτη ῥητήν τινα καὶ συμπεφωνημένην βούλεται γίνεσθαι τὴν ἐπὶ τῇ ἀναρμοστίᾳ τῆς μνηστείας ζημίαν. καὶ δοκεῖ μοι, ὥσπερ εἰπεῖν, τοῦτο πλεῖον ἔχειν ἰσχὺν εἰς τὸ μὴ ὡς ἔτυχε πεττεύεσθαι τὰ μνηστεύματα. ἡ μὲν γὰρ τοῦ ἀῤῥαβῶνος ἀπώλεια, ὥσπερ ἐπὶ τῷ δόντι εἶτα μὴ στέργοντι τὴν μνηστείαν ὥρισται, καὶ ἡ διπλῆ δὲ ἀπότισις, ἣν ὁ τὸν ἀῤῥαβῶνα λαβὼν, εἶτα μὴ ἐπιμένων οἷς ὡμολόγησεν, ὑπέχει ζημίαν· τάχα, διὰ τὸ κουφότερον, προπετέστερον δίδωσι τοῖς βουλομένοις εἰς τὴν

ἀθέτη

illorum inter diſcipulos procerum legi, quæ Dominicæ reſurrectionis diem ceſſatione ab operibus 1 *omnes venerari mandat, legẽ aliam contradicere conſpicitur,* 2 *quæ non omnes ſimul operari prohibendos,* 3 *nonnulliſq; vti operentur indulgẽdũ eſſe cenſet (ait enim,* 4 OMNES IVDICES, VRBANAEQVE PLEBES, ET CVNCTARVM ARTIVM OFFICIA, VENERABILI DIE SOLIS QVIESCANT. RVRI TAMEN POSITI, AGRORVM CVLTVRAE LIBERE LICENTERQVE INSERVIANT. *cuius* iſtius *diei dehoneſtationis nulla ratione nititur cauſa. nam quanquã fructuũ cõſeruatio prætendi poſſe videatur: nullius tamẽ* 5 *illa momenti, req; vera futilis eſt: quũ non agriculturæ diligẽtia, ſed ſolis virtus, quãdo frugũ largitori viſum ſit, fructuũ abundantiã ſuppeditet) quoniã, inquam, iſtiuſmodi lex in lucẽ prodijt, quæ* Domini *cultũ vilipẽdat, diuerſumq; ab illis, qui cõtra omnes aduerſarios à Spiritu ſancto victoriã obtinuerunt, decretũ præſcribat: ſtatuimus nos etiã, quod Spiritui ſancto, ab ipſoq; inſtitutis Apoſtolis placuit, vt omnes in die ſacro, quoq; noſtra integritas* 6 *inſtaurata eſt, à labore vacent: neq; agricolæ, neq; quiquã alij in illo illicitum opus aggrediantur. Si enim qui vmbrã quandã atq; figuram obſeruabant, tantopere ſabbathi diem venerabãtur, vt ab omni*

1 Lego πάντας.
2 Lego ἐς ἐκεῖνη.
3 Lego ἐνίοις.
4 Verba l. 3. de feriis. C. quib. vitiata Græca reſtituuntur.
5 Pro ἄ. lego αὕτη.
6 Lego ἐγκαινισθείη.

αὐτῇ ἀπραξίαν διδόναι, πῶς εἰκὸς, οὓς ἡ χάρις θεράποντας ἔχει καὶ ἡ ἀλήθεια, τούτους μὴ τιμᾶν τὴν ἡμέραν ἣ τὸ τίμιον παρὰ τοῦ δεσπότου ἐπλούτησε, καὶ ἡμᾶς ἠλευθέρωσε τῆς ἐκ φθορᾶς ἀτιμίας; ἢ πῶς οὐ παντελῶς ἀσυνείδητον, ἑπτὰ ἡμερῶν οὐσῶν, ὧν εἰς δεσποτικὴν τιμὴν ἀνεῖται μία, ἀρκεῖσθαι ἡμᾶς ταῖς ἓξ ἀποκεχωρημένους εἰς ἔργα, ἀναφαίρετον τῷ δεσπότῃ ἐκείνην τηρεῖν, ἀλλὰ καὶ ταύτην κοινὴν ποιεῖσθαι καὶ τῶν ἡμετέρων ἔργων νομίζειν καιρόν;

---

* ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΗΝ τῶν χριστιανῶν πίστιν Ἑβραίους πολιτεύεσθαι.

Διάταξις νε.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Οἱ ἔμπροσθεν εἰς τὰ σκῆπτρα καταστάντες, περὶ τοῦ πάλαι μὲν διάταξιν τὴν πρὸς αὐτοὺς θεόθεν ἐπισκοπὴν περιωνύμου τῶν Ἑβραίων γένους, γεγονότος δὲ, ἐκ τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν καὶ θεὸν ἡμῶν ἀπονοίας, περιωνύμου ἐν συμφοραῖς, διαφόρους ἐξέθεντο νόμους, οἱ περὶ καταστάσεως τῆς ἐκείνων ζωῆς διαλαμβάνοντες, κελεύουσι ταῖς θείαις γρα-

prorſus opere abſtinerent: quomodo qui gratiæ lucem, ipſamq́; veritatem colunt, hos cum diem qui à Domino *honore ditatus eſt, nosq́; ab exitij dedecore liberauit, non venerari par eſt? aut quomodo, quum ex ſeptem diebus vnus in* Domini *honorem conſecratus ſit, nos aliorum ad opera* 7 *vſu contentos non eſſe, "neque illũ* Domino *eximium & inuiolatum conſeruare: ſed ipſum etiam vulgarem facere, noſtrisq́; operibus applicandum putare, religionis nõ eſt prorſus diſſoluta?*

7 Lego μὴ ἀρκεῖσθ. "Lego μὴ ἀδιαφθάρετον.

VT IVDAEI SECVNDVM CHRISTIANISMI RITVS VIuant.

CONSTITVTIO LV.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

QVI *olim ſceptris potiti ſunt, de Hebræorum gente (quæ quondam "quoad diuino patrocinio fouere-tur inclyta fuit, nunc autem ob contumaciam in* CHRISTVM *& Deum noſtrum, in calamitatibus celebris eſt) diuerſas promulgarunt leges, quæ de ipſorum vitæ ſtatu tractantes, "iubent, vt ſacras ipſi ſcri-*

"Lego διὰ πᾶσαν, pro διάταξιν.

"Vide Nouel. 146.

φαῖς ἐντυγχάνειν αὐτοὺς, καὶ τῶν οἰκείων ἐθίμων μὴ εἴργεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας, πρὸς τῇ συγγενείᾳ τοῦ αἵματος, καὶ τῇ ἐκ τῆς περιτομῆς συγγενείᾳ προσοικειοῦσθαι αὐτούς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ ἔμπροσθεν, ὡς εἶπον, εἰς τὴν βασιλείαν παρελθόντες. ὁ δὲ τῆς θείας λήξεως Βασίλειος, οὗ τῆς σπορᾶς ἡμῖν ἡ βλάστη, ἅτε δὴ πλέον τῶν ἄλλων σχὼν ἔρωτα τῆς αὐτῶν σωτηρίας, οὐκ ἀφεθέντας καταλιπεῖν τούτους, καθὼς οἱ πρὸ ἐκείνου, ἐν μόνῃ τῇ τῶν προλαβόντων νόμων διατάξει, ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῶν ἱερῶν λογίων ἀναπτύξεσι, τοῦτο δὲ ἐν ταῖς αὐτῶν νουθετήσεσι πρὸς τὴν σωτήριον τῶν Χριστιανῶν μεταστήσας λατρείαν, τῷ ζωοποιῷ τοῦ βαπτίσματος ἐτελείωσεν ὕδατι. καὶ ἔργῳ μὲν, δι᾽ ὧν αὐτοὺς εἰς τὸν νέον κατὰ Χριστὸν μορφωθῆναι ἄνθρωπον ἔπεισε, τὸν παλαιὸν ἀποδύεσθαι παρεσκεύασεν, καὶ ὅσα τῆς παλαιότητος ἐγνωρίζετο, περιτομὴν, σάββατον, καὶ εἴ τι ἕτερον, ἐκείνῳ συναπημφίασεν. ἀλλ᾽ οὕτω μὲν ἔργῳ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ φρονήματος μετατάξας αὐτοὺς, οὐκ ἔτι καὶ νόμου ψηφίσματι τοῖς προτέροις νόμοις, οἳ παρεῖχον ἄδειαν Ἰουδαϊκῶς ζῆν, καὶ τὴν ἀφωνίαν καὶ ἀργίαν ἐθέσπισεν. Ἡμεῖς οὖν, ὅπερ ὁ ἡμέτερος παρῆκε πατὴρ, εὔλογον κρίναντες ἀναπληρῶσαι, παντὶ νόμῳ ἀρχαιοτέρῳ, τῷ περὶ Ἑβραίων νομοθετηθέντι, σιγὴν ἐπιτρέπομεν, καὶ μὴ ἄλλως αὐτοὺς τολμᾶν πολιτεύεσθαι ἢ ὡς ἡ καθαρὰ καὶ σωτήριος τῶν Χριστιανῶν πίστις βούλεται. εἰ δέ

pturas legant, & nè à ſuis ritibus arceantur. quinetiam, vt liberos ſupra ſanguinis cognationem circunciſionis etiam cognatione ſuo inſtituto accommodent. Atq; hæc quidem, qui olim (vt dixi) imperium obtinuerũt. Verùm ſacratiſſimus Princeps, ille ex cuius ſemine nos nati ſumus, vt qui maiore quàm cæteri ſalutis ipſorum deſiderio teneretur, hos in ſola ſuperiorum legum obſeruatione relinquere (quod ante illum alij fecerant) non contentus: ſed partim ſacrorum oraculorum explicatione, partim eorundem admonitionibus ad ſalutarem Chriſtianorum cultum traducens, viuifica baptiſmi aqua initiauit. Atque quòd ipſos in nouum ſecundum CHRISTVM *hominem transformari debere perſuaſit, vt veterem deponerent plenè effecit, & quæcunque vetuſtatem ſaperent, circunciſionem, ſabbathum, & ſi quid aliud eſt, cum illo ſimul exuit. Atqui cum tanto cum effectu à Iudaica pertinacia ipſos deduxiſſet, non etiam prioribus legibus, quæ Iudaico ritu viuere permittebant, ſilentium & vacationem alterius legis decreto impoſuit. Quod igitur pater noſter prætermiſit, id nos adimplendum putantes, omni antiquiori, quæ de Hebræis ſtatuit, legi ſilentium iniungimus: & ne illi aliter quàm pura ſalutariſque Chriſtianorum fides vult, viuere audeant, iubemus. Quòd ſi quis*

τις ἀλλοίου τῶν μὲν Χριστιανικῶν θεσμῶν ἀφιστάμενος, πρὸς δὲ τὰ Ἰουδαίων ἐπαναστρεφόμενος ἔθη καὶ δόγματα, οὗτος κατὰ τοὺς περὶ ἀποστατῶν ἐγκειμένους νόμους εἰσπράττεσθαι τὴν τιμωρίαν.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΘΥΡΩΝ ΘΑΛΑΤΤΙΩΝ.

Διάταξις νϛ.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥΛΙΑΝῼ Τῼ ΑΥΤῼ.

ΚΑΙ οὗτος ἡμῖν ὁ νόμος, ὃς ἀφαιρεῖται τῶν θαλαττίων χωρίων τὴν ἐξουσίαν τῶν οὖν παρὰ τοῖς προθύροις θάλασσαν ὁρᾶται (ἀλλὰ γὰρ οὐ μόνον τοῦτο, ὑπάγει δὲ καὶ τῇ περὶ τῆς ὕβρεως ἀγωγῇ κωλύοντας τοὺς ἐκεῖ ἀποκεχρῆσθαι τῇ ἁλιευτικῇ τέχνῃ προθυμουμένους) οὐ δίκαια ἐπιτρέπων ἐφαίνετο. πᾶν γὰρ ὃ μὲν ἀδίκῳ λόγῳ πρὸς ἐξουσίαν τινὶ περιῆλθεν, εἴτε γονέων κλῆρος, εἴτε πόνων ἰδίων κτῆμα, εἴδ' ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἀπηγορευμένῳ τρόπῳ· πᾶς οὐχὶ καὶ πρὸς τὴν ἐπιτροπὴν τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος ἀνακέκριται, κἀκείνῳ τὰς ὠφελείας πολὺ πρότερον, ἀλλ' οὐχ ἑτέρῳ παρέξει; οὐκ ἔστιν οὖν πρὸς τὸ εὐθὺ ἀφορῶντος νόμου, ἑτέρους εἰσάγειν πρὸς τὴν ὠφέλειαν οὐ μηδὲν ὑπεβάλλοντο, καὶ ἀποστρέφειν ἐκείνους ταύτης, οἷς πάντως γε οὐ τίμημα, οὐ συγγραφὰς δίκαιον, ἢ

ἄλλον

à Chriſtianorum ritibus defectione facta, ad Iudæorum mores & placita reuerti deprehendatur, hic ſecundum leges" de apoſtatis latas pœnas luat. "Vi[illegible] de apoſtatis. C.

DE ORIS MARITIMIS.

CONSTITVTIO LVI.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

HAEC *etiam lex "quæ maritimorum prædiorum ius tollit, eorum vnde apud oras mare conſpicitur: quæq; inſuper illorum dominum, ſi illic piſcari volentes prohibeat, iniuriarum actioni ſubijcit: nobis nõ æqua ſtatuere viſa eſt. Quicquid enim non iniquo titulo in cuiuſpiam dominium deuenit, ſiue parẽtum hæreditas laborumq́; emolumentum, ſiue alio quocunq; non illegitimo modo paratum ſit: quæ cauſſa eſt, quamobrem id non ab eo qui in dominio habet, adminiſtretur, & illi nõ longè potius quàm alteri cuipiam vtilitatem præbeat?* Non *eſt igitur legis, quæ quidem æquitatem ſpectet, vt alios ad vtilitatem rei, in quam nihil iuris habent, introducat: illos verò qui aut ſolutum precium, aut cognationis ius, aut denique alium*

"L. 13. Si quis me. & 14. De iniur. & famil. libel. ff.

ἄλλον τινὰ τρόπον οὐκ ἀπηγορευμένον εἰς τὴν τοῦ χωρίου καταβάλλοντος κτῆσιν. τὸ δὲ καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐτησίους φόρους ἀπαιτεῖσθαι μὲν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας τοῦ τόπου, ἀπελαύνειν δ' ἐκεῖθεν τοὺς ἔξω τῆς ἐκείνου γνώμης βουλόμενον τῇ ὠφελείᾳ χρῆσθαι μὴ δύνασθαι, ἀλλ', εἰ τοῦτο ποιεῖν ἐθελήσοι, ταῖς περὶ ὕβρεως αἰτίαις ἐτάζεσθαι· πῶς οὐχὶ μετὰ τοῦ ἀδίκου παντελῶς καὶ παράλογον; τί δέ, εἰ ὁ τοῦ χωρίου δεσπότης οὐκ ἀμαθὴς ἁλιευτικῆς; ἆρα καθευδήσεται μὲν αὐτὸς ἀργῶν, ἄλλοις δ' ἐπιτρέψει τὰ τῶν προθύρων κέρδη θηρᾶν; ἢ τὴν μὲν ἀργίαν οὐκ ἀσπάσεται, ἑτέρων δὲ πρόθυρα ἁλιεύων περινοστήσει, ἐν δὲ τοῖς οἰκείοις ἐργάζεσθαι αὐτῷ οὐκ ἐξέσται; ἀλλ' οὐχ ὁρῶ τίνα τρόπον οὕτως ἔσται. Τοιγαροῦν θεσπίζομεν, τῶν ἰδίων προθύρων ἕκαστον ἀκωλύτως δεσπόζειν καὶ κύριον εἶναι, τοὺς δ' εἴ τινες βουληθεῖεν, χωρὶς τῆς αὐτοῦ ἐπιτροπῆς, τῆς τῶν προθύρων ἀπολαύειν ὠφελείας, ἐκδιώκειν. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς ξηρᾶς ἔχει, καὶ πᾶς τῆς οἰκίας δεσπότης, μετὰ τῆς χρήσεως ταύτης καὶ τῶν προθύρων ἔχει τὴν κτῆσίν τε καὶ αὐλήν, οὕτως εὔλογον καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ὑπολαμβάνομεν ἔχειν. καὶ ὥσπερ ἐν τῇ ξηρᾷ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων οὐδενὶ συγχωρεῖται παρὰ γνώμην τοῦ κεκτημένου καρπίζεσθαι, ἀλλ' εἰ καρπὸς ἐκεῖθέν τις συναγάγοι, ἢ λαμβάνοι τὴν χάριν τῇ τοῦ δεσπόζοντος φιλοφρονήσει, ἢ τὴν ὑπὲρ τοῦ τόπου κατατιθέμενος πρόσοδον· οὕτω καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ εἶναι ὁρίζομεν.

alium aliquem poßidendæ rei non illegitimum titulum laudãt, illa priuet. Iam verò quòd, quũ ab illo tanquã loci illius domino, annuũ tributum exigatur, expellere inde illum, qui præter ipſius voluntatem loci cõmodis vti velit, nõ poſſit: ſed ſi hoc faciat, iniuriarum actionibus tenetur: quomodo id, præterquam quòd iniquum eſt, non omnibus modis abſurdum eſt etiã? Quid ſi prædij dominus piſcatoriæ artis non ignarus ſit, num ipſi ocioſo dormiẽdum erit, alijsq́; orarum emolumenta venari permittere debebit? aut, ſi ocium non amplectetur, in aliorum oris errabundus piſcabitur, in ſuis autem id ipſi non licebit? At quare ita fieri debeat, nullam equidem rationem video. Sãcimus itaque, vt quiſque oras ſuas incõcuſſo iure poßideat, illorumque dominus ſit: & ſi qui ſine ipſius permiſſu illorum emolumento frui velint, hos propellere poßit. Nam quemadmodum terrenis locis iuris eſt, vt quicunque domus dominus ſit, is præter illius vſum, veſtibulum quoq; atq; atrium poßideat: vt ita etiam maritimis obtineat, rationi eſſe conſentaneum putamus. Et ſicut terrenis locis præter voluntatem domini ex alieno fructus percipere nemini conceditur: ſed ſi quis fructus ex alieno colligit, eos vel benignitate domini percipiat, vel pro loci vſu vectigal ſoluat neceſſe eſt: ſic etiam maritimis obſeruari præcipimus.

QVAM

*ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΕΤΡΟΥ τῆς ἀποστάσεως τῶν ἐποχῶν ἐν τῇ τῶν ἰχθύων θήρᾳ.

Διάταξις νζ.

Ὁ ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

ΕΠΕΙΔΗ πλείστων νόμων περὶ ἰχθύων διειλεγμένων θήρας, ἐκεῖνο τὸ μέρος ἀδιόριστον ὁρᾶται νόμῳ, ὃ ἐποχὴν ὀνομάζειν ἐγνώκασιν (ὡς ἔοικεν, οὔπω τούτου τοῦ ἐπιτηδεύματος γνωρίμου τυγχάνοντος καθ' ὃν καιρὸν εἰς γένεσιν οἱ νόμοι προήρχοντο) βουλόμεθα καὶ τοῦτο νόμου διάταξιν ἀποφέρεσθαι. ὥσπερ οὖν ἀντὶ νομίμου ψηφίσματος γνώμην οὐκ ἔξω τοῦ πρέποντος φερομένην, ἔδοξεν ἐν τούτῳ τῆς θήρας τῷ ἐπιτηδεύματι διαιτᾶν τῇ συνηθείᾳ (φαμὲν δὲ τὸ μέχρι τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε ὀργυιῶν παρατεινόμενον μέτρον τῶν ἀποστάσεων) τοῦτο ἡμεῖς νόμου τιμῶντες ἀξιώματι, ἀπὸ τοῦ παρόντος νόμον εἶναι θεσπίζομεν. εἰ γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ τετιμῆσθαι τούτῳ διὰ τῶν προνομίων, καλῶς ἔχειν δοκεῖ τοῖς νῦν τὰ περὶ ἐποχῶν ταύτῃ τῇ γνώμῃ ῥυθμίζεσθαι· ἀλλ' ὅμως ἵνα μᾶλλον ἐν τῷ βεβαίῳ ᾖ, καὶ ἡ περὶ αὐτὴν συνάβεια δικαίως σώζοιτο, νόμος ἔστω, καὶ ἀλλήλων ἀφιστᾶσθαι-

σας

*QVANTVM IN PISCATIBVS REMORAE PISCATORIAE inter ſe diſtare debeant.

CONSTITVTIO LVII.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

QVANDOQVIDEM * *quum plurimæ leges de piſcatione ſtatuāt, illud quod* * ἐποχὴν *nominandum putarunt, adhuc lege definitum non eſt (quippe quòd, vt videtur, quo tempore leges illæ promulgabantur, nondum id inſtitutum innotuiſſet) hoc quoque legis conſtitutionem auferre volumus. Quam itaque iuris rationem in hoc piſcationis inſtituto pro legitimo decreto obtinere conſuetudini viſum eſt (vt nempe interſtitiorum modus ad trecentos ſexagintaquinque paſſus protendatur) hoc nos, quòd extra conuenientem modum non feratur, legis dignitate honorantes, dehinc legem eſſe ſancimus. Nam tametſi citra hoc priuilegium, vt remoræ piſcatoriæ ad hanc rationem diſponantur, præſentis eui hominibus bonum videatur: quò tamen id firmius ſit, cautiuſq; in æternum obſeruetur, lex eſto, remoræq; illæ trecentorum ſexagint*

*Adhibe conſt.102. & duas proximas ſequentes.

*Remoras piſcatorias, ferè veterere placet.

σαν αἱ ἐποχαὶ τὸ νενομισμένον τῇ συνηθείᾳ τῶν τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε ὀργυιῶν διάστημα, δηλονότι δὲ ἑκατέρου μέρους τοῦ τοιούτου μέτρου τοῦ διαστήματος λαμβανομένου· ὡς εἶναι τὰς μὲν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα δύο καὶ ἥμισυ, ἀπὸ τῶν ὁρίων τοῦ ἑνὸς διακούσας μέρους, τὸ δὲ λοιπὸν μέτρον διήκειν μέχρι τοῦ γειτονεύοντος. ταῦτα δὲ φαμὲν περὶ τῶν μεταγενεστέρων τοῦ παρόντος νόμου δεχομένων τὴν σύστασιν καὶ παραγωγήν. αἱ γὰρ προφθάσασαι τὸν νῦν δεδεγμένον ἐποχαί, κἂν μὴ τῷ διορισθέντι ἀφεστήκασι διαστήματι, οὐδὲν ἐκ τοῦ νόμου καινοτομηθήσονται, ἀλλὰ διαμενοῦσιν ἐφ' ἧς δὲ ἀρχῆς ἔλαχον στάσεως.

---

*ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗΔΕΝΑ τὸ αἷμα βρῶμα ποιεῖσθαι, οὐδ' αὐτὸ πιπράσκειν ἢ ὠνεῖσθαι.

Διάταξις νη.

ΘΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

ΚΑΙ πάλαι τῷ νομοθέτῃ Μωσῇ θεὸς ἐντέλλεται αἷμα οὐ φάγεσθαι, καὶ παρὰ τῶν κηρύκων τῆς χάριτος, ἀπέχεσθαι τῆς τοιαύτης νενομοθέτηται βρώσεως. καὶ οὕτω κἂν τῇ παλαιᾷ κἂν τῇ νέᾳ χάριτι συμφώνως ἀθεμίτου δεικνῦντος καὶ ἀποβλήτου τοῦ πράγματος, εἰς τοσοῦτον αὐθαδείας μᾶλλον δὲ παραπληξίας ἥκουσιν ἄνθρωποι, ὡς καθ' ἑτέρας τῶν νομοθεσιῶν ἀπέ-

gintaquinq; paſſuum interuallo, à conſuetudine approbato, inter ſeſe diſtanto: idq; ita, vt ab vtraq; parte hic interualli modus deſumatur. vt videlicet centum octagintaduo, & ſemis, ab vnius partis finibus exporrigantur, reſiduum verò ad vicinum vſq; pertingat. Atq; hæc quidem de conſtituendis introducendisq; poſt hanc legem remoratorijs dicimus. Quæ verò hoc decretum præuenerunt, tametſi præſtituto hoc interuallo non diſtent, ex eius præſcripto tamen nihil nouabitur: permanebuntq; illa, vt initio conſtituta ſunt.

---

*NE EX SANGVINE CIBVS CONFICIATVR.

CONSTITVTIO LVIII.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

SIMVL *olim legiſlatori* " Moſi *ſanguine veſcendum non eſſe mandauit* Deus, *ſimul ab iſtiuſmodi cibo abſtineri debere à* " *præconibus gratiæ eſt conſtitutum.* Et *quanquam tum veteris tum nouæ gratiæ tempore illa res vilis habita ſit, & neſaria: eò tamen contumaciæ, imò vecordiæ homines proceſſere, vt neutri legi aurem*

": Leuit.7.

": Act.15.& Can.Ap. 62.

χαρ σύνηκοον οὖς, ἀλλ' ἀναίδην, οἱ μὲν κέρδους ἕνεκα, οἱ δὲ τὸ γαστρίμαργον θεραπεύοντες, καταφρονοῦσι μὲν τοῦ παραγγέλματος, βρῶμα δὲ ποιοῦνται τὸ ἀπηγορευμένον εἰς βρῶσιν αἷμα. ἠνώτισται γὰρ ταῖς ἡμετέραις ἀκοαῖς ὅτι περ ὡς χιτῶσι τοῖς ἐντέροις τοῦτο διαλαμβάνοντες, καθάπερ τι τῶν συνήθων βρωμάτων διδόασι τῇ γαστρί. Τοῦτο οὐκ ἀνασχετὸν ἡ βασιλεία ἡμῶν ὑπολαμβάνουσα, οὐδ' οὕτω παράνομον ἐπίνοιαν πρὸς μόνην γαστέρα κεχηνότων τῶν ἀνθρώπων, ὑβρίζειν μὲν θεῖα ἐντάλματα, ὑβρίζειν δὲ τῆς ἡμετέρας πολιτείας τὸ ἔντιμον αἰσχυνομένη· κελεύει τὸ τοιοῦτον ἄγος μηδ' ὅλως τινὰ εἰς τόλμαν ἐκφέρεσθαι ἐπιτηδεύειν, μήτε πρὸς οἰκείαν χρῆσιν, μήθ' ὥστε ἄλλους ὠνουμένους ἐναγεῖ καταμιαίνεσθαι βρώματι. καὶ ἴστω πᾶς τις ὁ φωραθεὶς κατολιγωρήσας, ἀπὸ τοῦ παρόντος καιροῦ, τοῦ θείου ἐντάλματος, καὶ τὸ αἷμα βρῶμα ποιούμενος (κἄν τε πιπράσκων κἄν τε ὠνούμενος εἴη) τῇ τῶν προσόντων δημεύσει ὑποβληθήσεσθαι, καὶ μετὰ τὸ εἰς τὸ σῶμα πικρῶς αἰκισθῆναι, καὶ ἐν χρῷ κουρείᾳ ἀτιμασθῆναι, φυγῇ τῆς πατρίδος ἀιδίῳ ζημιωθήσεσθαι. ἐπὶ ταύτῃ δὲ τῇ δίκῃ καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῃ πόλει ἐπάρχοντας μὴ ἀφεῖσθαι ἀνεγκλήτους προστάσσομεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς (οὐκ ἂν γὰρ τοῦτο παρηνομεῖτο, εἰ τῷ πρέποντι δραστηρίῳ ἀρχικοῖς ἀνδράσι τὴν ἀρχὴν διῳκήσαντο) δέκα λιτρῶν χρυσοῦ ζημίαν ὑπέχειν τῆς ἀμελοῦς καὶ ῥᾳθύμου τῆς ὑποχειρίου ἐπιστασίας.

Περὶ

præſtent morigeram. At contrà, alij lucri, alij gulæ cauſſa, ſumma cum impudentia mandatum contemnunt, in eſcamq́; qua veſci vetitum eſt, ſanguinem conuertunt. Perlatum enim ad aures noſtras eſt, quòd ⁖ *inteſtinis tanquam tunicis illum infarctum, velut conſuetum aliquem cibum ventri præbeant. Quod tolerari non debere, Imperatoria noſtra maieſtas rata, neque tam impio ſoli gulæ inhiantium* ⁖ *hominum inuento, nunc præcepta diuina, nunc reipublicæ noſtræ honeſtatem decore affici ſuſtinens, iubet, nequis id ſcelus, neque ad ſuum vſum, neque vt emptores deteſtando cibo contaminentur, vllo modo exercere audeat. Ac ſciat, quicunque dehinc diuinum mandatum contemnere, ſanguinemq́; in cibum conuertere (ſiue vendat, ſiue emat) deprehenſus fuerit,* ⁖ *ſe bonorum publicationi ſubijciendum, & vbi acerbum in modum flagris cæſus, ac cute tenus fœdè tonſus erit, perpetuo patriæ exilio multandum eſſe. Quo quidem in iudicio, neque ciuitatum magiſtratus citra criminationem dimittendos cenſemus: ſed vt & ipſi (neque enim ſi illi conuenienti alacritate magiſtratum geſſiſſent, id ſcelus commiſſum eſſet) quòd negligenter ſocorditerq́; ſubditis præfuerint, decem librarũ auri multam ſuſtineant.*

⁖ Lego τοῖς ἐντέροις.

⁖ Malim ἀνθρώπων.

⁖ Lego ὡς τῶντε.

*ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΑΝ ΤΙΣ ἐλεύθερος πεφυκὼς ἑαυτὸν εἰς δουλείαν ἀπεμπολοίη, μὴ συνεστηκέναι τὴν πρᾶσιν.

Διάταξις νθ.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥΛΙΑΝῼ Τῼ ΑΥΤῼ.

ΕΙΣ καὶ ἄλλος νόμος ἐστὶ τῶν μὴ πρεπόντων τῇ εὐταξίᾳ τῆς ἡμῶν πολιτείας, μήτε ἀποδοχῆς ἀξίων, μήτε χώραν ὀφειλόντων λαβεῖν ἐνεργείας· ὃς τὸν ἐλεύθερον μὲν πεφυκότα, φαυλότητι δὲ γνώμης τὸ τίμιον τῆς ἐλευθερίας ὑβρίζοντα, καὶ τὴν οἰκείαν ἐμπορευόμενον δούλωσιν, ἐπὶ τὸ κέρδος μιαρὸν ἀντὶ τῆς δουλείας τοῦ καταβεβλημένου τιμήματος συμμοιράσασθαι, ἀσωφρόνιστον ἐῶν, οὐκ ἐπανορθοῖ τὴν παρανομίαν. Τοιγαροῦν τοῦ τὰ οἰκεῖα οὕτω τιθεμένου τὸν νόμον ὃς παραχωρεῖ τὴν παραφροσύνην βεβαίαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ μὴ, μετὰ τοῦ ἀνατρέπειν τὴν ἄτιμον ἐμπορίαν, καὶ ποιναῖς ἁρμοζούσαις καθυποβάλλει τοὺς τοιαῦτα ποιεῖν ἀφρονευομένους, οὔτε νόμου προαίρεσιν διασώζειν ἴσμεν, οὔτε τῆς πρεπούσης νόμοις αἰδοῦς τε καὶ τιμῆς ἐπιτυγχάνειν νομίζομεν ἄξιον. εἰ γὰρ ὅπερ πατὴρ τέκνοις, τοῦτο δεῖ τοῖς πολίταις εἶναι τοὺς νόμους, πρὸς ἓν μόνον τὸ συμφέρον καὶ σωτήριον τῶν πολιτευομένων ὁρῶντας,

ποῦ

*ABROGATIO LEGIS QVAE HOMINEM LIBERVM ſe vendere permittit.

CONSTITVTIO LIX.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

QVAE "*lex hominem liberum, qui tam ignaui atq; abiecti animi eſt, vt libertatis dignitatem dedecore afficiens,* "*quò execrabile pro ſeruitute perſoluendi precij lucrum participet, ſuã ſeruitutem mercetur, non caſtigat, neq; ſcelus illud corrigit: profectò & illa earum vna eſt quæ rectum reip. noſtræ ſtatum dedecent, ac approbatione indignæ ſunt, neq; authoritatem & efficaciam accipere debent.* Illam *itaq; de eo qui res ſuas ita gubernat* latam *legem, quæ dementiam firmam eſſe permittit, neque euerſa indigna illa mercatura, hos qui per inſipientiam talia faciunt, competentibus pœnis ſubijcit, neq; legis propoſitum ſcimus ſeruare, neque quæ conuenienti legibus reuerentia potiatur dignam putamus. Si enim quod pater filijs eſt, id idem leges ciuibus eſſe oportet, vt in hoc vnum quod illis conducat ac ſalutare ſit colliment: quo-*

" Vide l. 5. de ſtat. ho. ff.

" Lego ἰσα τῷ.

τοῦ δίκαιος ὄντος νόμοις συνεξετάζεσθαι, τοιαύτην βλάβην καὶ ζημίαν συγχωρῶν ἐπικεῖσθαι τοῖς ἀνοήτως ἑαυτοὺς εἰς ταύτην ὑποβεβληκόσι· τοῦτο οὖν ἐξοστρακίζοντες, καὶ τῶν νόμων ἐκφυλλοφοροῦντες ἡμεῖς, θεσπίζομεν, εἴ τις οὕτως ὀφθείη δυστυχῶν εἰς φρένας, καὶ δουλείαν ἐλευθερίας αὐτίκα ἀλλαττόμενος ἑαυτὸν ἀπεμπολοίη, μὴ συνεστηκέναι, ἀλλὰ ἀνατρέπεσθαι τὴν πρᾶσιν, αὐτοῦ τε τοῦ προδότου τῆς ἰδίας ἐλευθερίας, καὶ τοῦ συγκαταπράττοντος αὐτῷ, πληγαῖς τε εἰς τὸ σῶμα σωφρονιζομένων, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐν τῷ οἰκείῳ τηρουμένης σχήματι τῷ τῆς ἀνοίας ἀνδραπόδῳ.

---

*ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΥνουχιζόντων τιμωρίας ἄλλως ἢ κατὰ τὸν πρόσθεν νόμον.

Διάταξις ξ.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

ΠΡΑΓΜΑ τολμώμενον μετὰ ἀφειδίας, ὡς μὲν δι' ἡμᾶς παρὰ θεῷ δεινοῦ ἔνοχον δίκης, μάλιστα δὲ ἐν ἀξίοις δίκης, ἡ ἐκτομὴ τῆς ἐντεθειμένης ὑπὸ θεοῦ τῇ φύσει δυνάμεως πρὸς διαδοχὴν τοῦ γένους, πάλαι μὲν τιμωροῦσι νόμοις διὰ προνοίας ἐγεγόνει τοῖς νομοθέταις λαβεῖν ἐκκοπήν, ὥστε τῆς τοιαύτης ἐπινοίας καθαίρειν τὴν ἡμετέραν

modo hanc legem, quæ tantum incommodum atq; damnum incumbere iis qui per dementiā in id ſe coniecerunt, ſinit, legibus annumerari æquum eſt? Hanc *itaq; nos legibus excerptā in exilium mittentes, ſancimus, vt ſi quis ita demens ſit, vt libertatem ſeruitute commutans ſeipſum vendat, ne is contractus validus ſit, ſed euertatur, & ſimul ipſe libertatis ſuæ proditor, ſimul is qui cum ipſo id facinus deſignauit, verberibus caſtigentur, nihiloq; minus veſaniæ mancipio libertas in priſtino ſuo ſtatu ſeruetur.*

---

*QVA POENA CASTRATORES AFFICI DEBEANT.

CONSTITVTIO LX.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

VIRTVTIS *ad procreandum, à* Deo *naturæ inditæ exectio non minore cum audacia identidem committitur, quàm ſi apud* Deum *nulli pœnæ obnoxia eſſet, quum tamen vel maximè ſit: & quanquam veteribus legislatoribus curæ fuerit, vt id malum vltrice lege exciderετur, quò reſpublica ab iſtiuſmodi inuento*

ραν πολιτείαν· οὐκ οἶδα δὲ ὅπως, δέον, εἴπερ τινὶ ἄλλῳ, τούτῳ πείθεσθαι τῷ παραγγέλματι, καὶ φείδεσθαι λώβην τῇ φύσει, οὐχ οὕτω ποιοῦσιν, ἀλλ' ὥσπερ τι τῶν ὠφελίμων τὴν κατὰ τοῦ γένους τοιαύτην ἐπιβουλὴν λογιζόμενοι, τὰ δι' ὧν γένεσις ἀνθρώπου πρὸς φῶς ἔρχεται ἀποκείροντες ἀνθρώπους, ἕτερον αὐτοὶ πλάσμα, καὶ οὐχ οἷον οἶδεν ἡ τοῦ πλάστου σοφία, τῷ κόσμῳ παρεισάγειν φιλονεικοῦσι. Τοῦτο οὖν ἡμεῖς οὐκ ἀνεκτὸν ἡγούμεθα παριδεῖν, ἀλλὰ νόμῳ τὴν περὶ αὐτοῦ ποινὴν ὁρίζοντες, πειρώμεθα σὺν θεῷ τῆς τόλμης ἐπισχεῖν τοὺς οὕτω μὴ διευλαβουμένους τῷ θείῳ λυμαίνεσθαι πλάσματι. Ἡ μὲν οὖν τῶν προλαβόντων νομοθετῶν ψῆφος τοὺς τοῦτο τολμῶντας εἰς τὴν αὐτὴν ἀντιπεριίστησι λώβην τοῖς πάθουσι τοὺς λωβησαμένους, καὶ ὅπερ αὐτοῖς ἐπιθυμητὸν ἔδοξεν ἐν ἄλλοις ἰδεῖν, τοῦτο καὶ ἐν αὐτοῖς ὁρᾶν κατεπράττετο· οὐ λίαν ἴσως γε ἀδίκως (εἰ καὶ μὴ λίαν πρεπόντως) ὁρίζουσα. οὐδὲ γὰρ ὅτι ἐκεῖνος ἐτόλμα οἷον ἀντιπλαστουργεῖν τῷ θεῷ, διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἐκδικοῦντα μιμεῖσθαι καὶ ἀντιπλαστουργεῖν ἔχει καλῶς. πλὴν ἀλλὰ πρός γε τὴν ἀπόνοιαν, οὐ λίαν, ὥσπερ ἔφην, ἄτοπον. ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ ἄλλως ἐτιμωρεῖτο τοὺς ἀνόσιον ἔργον τολμῶντας· τά τε γὰρ προσόντα ἐδημοσίου, καὶ ἀϊδίῳ φυγῇ κατεδίκαζε, καὶ τὸν ὑποστάντα τὴν ἀδικίαν, δοῦλον ὄντα ἐλευθερίᾳ

ἐτί

munda eſſet: haudſcio tamen, quum ſicui alij, huic certè præſcripto obtemperari, atq; à naturæ mutilatione abſtineri æquum ſit, quamobrem non ita faciant homines: ſed tanquam vtilitatem quandam, iſtiuſmodi aduerſus generandi vim inſidias reputantes, membra quæ homini naſcendi cauſſam ſuppeditant, lancinent, & creaturam aliam quàm qualis conditoris ſapientiæ placuerit, in mundum introducere contendant. Hoc *igitur quum* 1 *inultum relinquendum non putemus, lege in id pœnam conſtituentes, quibus adeò diuinam creaturam deformare religio non eſt, eorum audaciam, auxiliante* Deo, *reprimere conemur.*

1 Lego ἀ-νεκδίκη-τον.

Ac ſuperiorum quidem legiſlatorum 2 *decretum eos qui id auderent ad eandem mutilationem* 3 *quam alijs intulerint adigit, quódque ipſi in alijs videre deſiderarint, id vt itidem in ſe videant conficit: idq́;,* 4 *me iudice, non ita præter æquitatem: quanquam non valde decoré.* Non *enim quia ille creaturam* Dei qua*ſi refingere auſus eſt, continuò vindicem id imitari, & pariter refingere æquum eſt.* Veruntamen *quantum ad inuentum attinet, non valde (quemadmodum dixi) id alienum eſt.* Ad *hoc autem alio etiam modo, qui impium* 5 *hoc factum auderent, puniebat.* Bona *nanque publicabat, perpetuóque ipſos exilio adiudicabat: & qui*

2 Nou.141.

3 Lego πα-θῶσι.

4 Lego ἐ-μοιγ' δο-κεῖ.

5 Lego τὸ τῦτο τὸ ἀ-νόσιον.

ἐτίμα. ἡ μὲν οὖν τῶν προλαβόντων νομοθεσία τοιαύτη. Ἡμεῖς δὲ περὶ τοῦ πράγματος ψῆφον ἐξάγοντες, τὸ μὲν ἀντιλωβᾶσθαι τοὺς ἐπιβούλους τῆς φύσεως παραπλησίῳ λώβῃ ἀπαγορεύομεν, τοῖς δ' ἄλλοις ἐπ' αὐτῷ ὡρισμένοις, εἰ καὶ κἀνταῦθα πρὸς τὸ φιλανθρωπότερον ἡ δίκη ὁρᾷ, ἀλλ' οὖν ὑποκεῖσθαι αὐτοὺς οὐκ ἀπαρέσκει. Θεσπίζομεν οὖν, πρῶτον μὲν τὸν προσκαλεσάμενον τὸν ἐνεργοῦντα τὴν κακοτεχνίαν, ἐφ' ᾧ ἐνεργήσῃ, εἰ μὲν τῷ καταλόγῳ τῶν βασιλέων ἀνθρώπων τελεῖ, ἐκκόπτεσθαι τοῦ καταλόγου, ἔπειτα δὲ καὶ δέκα λιτρῶν χρυσίου, εἰς τὸ δημόσιον ἀναφερομένων, ζημίαν ὑπέχειν, καὶ μέχρι δέκα ἐτῶν ὑπερόριον τῆς πατρίδος γίνεσθαι· τὸν δὲ τῆς κακοτεχνίας ἐργάτην, καὶ αὐτὸν πρῶτον μὲν μάστιξι ταῖς εἰς τὸ σῶμα καὶ ἐν χρῷ κουρᾷ ἀτιμάζεσθαι, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ὄντων ἀποστερεῖσθαι, καὶ ἴσῳ καιροῦ μέτρῳ τῆς ἐνεγκούσης φεύγειν. ὁ δὲ τὴν ἀδικίαν ὑποστὰς, εἰ μὲν τῶν ὑπὸ δουλείαν τελούντων εἴη, τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς δουλικῆς τύχης ἀμείνων ἔσται· εἰ δὲ τῶν ἐλευθέρων προσώπων, ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ, δι' ὧν κατεδέξατο, οὐκ ὢν τῆς ἀδικίας ἀναίτιος, τῆς οἰκείας γνώμης, ὅπερ ἔπαθε, τοῦτο κερδήσει. Εἰ μέντοιγε (οἷα πολλὰ συμβαίνει) βλάβην ὑποστάντος τοῦ ζώου, ἡ ἐκτομὴ τὴν θεραπείαν φέρει, τότε οὔθ' ἡμῖν, οὔτε τῷ νόμῳ ὑπεναντίον δοκεῖ. οὐ γὰρ λώβη, ἀλλὰ βοήθεια τοῦ πλάσματος τὸ πρᾶγμα ἐστί.

Περὶ

iniuriam ſuſtinuiſſet, ſi ſeruus eſſet, libertate honorabat. Atque ſuperiorum quidem decretum iſtiuſmodi erat. Nos *verò de re illa ſententiam pronunciantes, naturæ inſidiatores ſimili mutilatione viciſsim mutilari prohibemus: alijs autem iſti crimini conſtitutis pœnis, (tametſi hic etiam ad clementiorem ſententiam reſpiciamus) ſubiacere ipſos non diſplicet. Sancimus itaque, vt qui deteſtandæ huius artis artificem ad caſtrandum aduocauerit, ſi* 6 *in albo Imperatorij famulatus ſit, primùm albo eximatur: ac deinde decem aurilibris in fiſcum deferendis multatus, in decennium relegetur. Malæ verò iſtius artis artifex, & ipſe primùm flagris cuteq; tenus tonſione deformetur: & deinde bonis priuatus, eodem temporis ſpacio patria exulet. Qui autem iniuriam ſuſtinuit, ſi ſeruilis conditionis ſit, reliquo vitæ ſuæ curriculo ab illa liber erit: ſin liberæ, tanquam ipſe, quòd iniuriam admiſit, eius ſibi author ſit, quod paſſus eſt,* 7 *ſuo conſenſui acceptum feret. Cæterùm ſi qui exectionem ſuſtinuit, ea illi (vt ſæpe fit) remedium attulerit, nihil neque nobis neque legi aduerſari videtur. Id enim naturam non mutilare, ſed illi ſuccurrere eſt.*

6 Lego μὲν ἐν τῷ.

7 Lego ἀπὸ τῆς εἰκ.

* ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΩΣ ΔΕΙ ζημιοῦσθαι τοὺς διοικητὰς ὑπερεκτείνοντας τὰ τέλη.

Διάταξις ξα.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥΛΙΑΝῼ τῷ αὐτῷ.

Ὡς ἦν μακάριον καὶ τῷ βίῳ σωτήριον τὴν εὐθεῖαν τοῦ δικαίου τρίβον βούλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους βαδίζειν. οὐ γὰρ οὔτε νομοθέταις ἐδέησεν ἂν σωτηρίαν ἐνδείξασθαι, οὔτε τιμωροὶ νόμοι εἰς χαλεπότητα κινδύνων τινὰς περιΐστων. νῦν δ' ὑπαρχούσης λυσιτελοῦς καὶ σωτηρίου τῆς δικαίας πορείας, οὐκ ἐθέλουσι τῶν ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι ταύτην πορεύεσθαι, ἀλλ', ὡς ἐπίπονον καὶ τραχεῖαν καὶ ταλαιπωρίαν φέρουσαν τοῖς ὁδίταις, ἐκκλίνουσιν. εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν οἷς ἀρέσκει τὰ χείριστα, καὶ ταύτης μὲν ἀπονεύοντες, πρὸς δὲ τὴν, ἧς ἐπέστρωται ἄκανθα συχνὴ, ἀδικίαν, καὶ ὡς πρὸς ἀπωλείας κρημνοὺς ἐλαύνουσιν οἱ ὁδῖται, προθύμως βαδίζοντες. ὧν καὶ τὸ ἄτακτον ὅρμημα κολάζειν οἱ πάλαι δικαιώσαντες, ὥσπερ τινὶ χαλινῷ, τῷ νόμῳ, ἔθεντο γνώμην ἀναχαιτίζειν. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τοῦ σπουδὴν αὐτοὺς ἀναλαβεῖν ὀξε-

λαύνο

*TRIBVTORVM EXACTORES, SI PLVS QVAM DEbeant exegerint, qua pœna afficiendi ſint.

CONSTITVTIO LXI.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

SI rectam æquitatis ſemitam mortales ingredi vellent, ſane quàm magna hinc communi vitæ tum beatitudo, tum ſalus accederet. Non enim auſteritatem præ ſe ferre legiſlatoribus opus eſſet, neq; vltrices leges in periculorum difficultates aliquos conijcerent. Nunc verò quanquam & commoda & ſalutaris æquitatis via ſit, pleriq; tamen illam ingredi nolunt: ſed tanquã laborioſa atq; aſpera ſit, miſeriasq́; viatoribus adferat, declinant. Sunt enim, ſunt inquam, *quibus peſſima* quæque *placent: quiq́; ab æquitatis itinere deflectentes, ad iniquitatis viam* 1 *denſis ſpinis ſtratam (quæ viatores in perditionis præcipitia aguntur) alacri auidoq́; animo ſe conferunt. Quorum etiam temerarium impetum veteres caſtigandum eſſe putantes, illum lege, tanquam freno, inhibere inſtituerunt. Sed quomodo illi iniquitatem proſt*

1 Lego ov- xvi.

λαύνουσαν ἀδικίαν, συνιστάμενον δὲ τῷ δικαίῳ. καὶ τίς γὰρ ἂν οὐκ ἀποδέξαιτο καὶ τὸ ἡμέτερον ἀποδέχεται κράτος; Ὅτι δὲ μὴ κατ' ἀξίαν τοῦ πταίσματος ἔν τισι γνωρίζειν ἔγνωσαν τὴν ποινὴν, οὐκ ἐν ἀποδοχῇ τὴν τοιαύτην ψῆφον ἐθέμεθα. τῆς κρίσεως γὰρ ἀπαντώσης κατὰ λόγον τοῦ ἁμαρτήματος τοῖς ἐξημαρτηκόσι, δίκης ὡς ἀληθῶς ἐστὶ ψῆφος, καὶ δίκαιον τὸ τούτοις ἐπιτιθέμενον τίμημα· βαρυτέρας δὲ κολάσεως ἢ ἐφ' ὅσον ἔδει καταθεῖναι τὸ πταῖσμα προϊούσης, οὐκ ἔτι δίκης ἔργον, ἀδικίας δὲ μᾶλλον εἴη τὸ γινόμενον. Διὰ τοῦτο ἄρα τὸν πρὸ ἡμῶν ἐκτεθεικότα νόμον, ὃς τοὺς ἐπὶ συλλογὴν τῶν δημοσίων φόρων καθισταμένους (διοικητὰς δ' αὐτοὺς ἡ συνήθως ὁμιλία καλεῖν οἶδε) τολμῶντας ὑπερεκτείνειν πλέον τοῦ ὡρισμένου τὰ τέλη, βαρυτάτην εἰσπράττεται δίκην· (θανάτου γὰρ τὸ πταῖσμα τιμᾶται) ἐπεὶ μὴ κατὰ λόγον συγγινώσκομεν ὑποβάλλοντας τοὺς ἁμαρτάνοντας τῇ τοσαύτῃ ζημίᾳ, τούτῳ μὲν χώραν ἀποδοχῆς οὐ προσνέμομεν, θεσπίζομεν δὲ, τὸν εἴ τις τοιούτῳ ἁλῷ περιπίπτων ἐγκλήματι, ἅπαξ μὲν τοῦ πράγματος τολμηθέντος, διπλῇ ἀπαιτήσει ζημιοῦσθαι οὗ ὑπερεκτείνων ὤφθη τέλους τὴν εἴσπραξιν· εἰ δὲ ἐπιμένοι τοῦτο πράττων, τετραπλάσιον ἀναστρέφειν τῷ ἠδικημένῳ τὸ ληφθὲν, καὶ ἀτίμως τῆς ἐμπεπιστευμένης φροντίδος ἐξίστασθαι. καὶ εἶναι, ἀπό γε τοῦ νῦν, τοῦ τοιούτου ἐγκλήματος ταύτην τὴν ζημίαν, ἀλλὰ μὴ περὶ ψυχῶν κινδυνεύειν τοὺς ἀδίκους εἰς χρήματα.

profligare,atq; è diuerſo æquitatem conſtitue-re ſtuduerint; * * * Et quis(quæſo) 2 *quæ no-ſtra Maieſtas ſuſcipit, non approbet? Quòd ve-rò in nonnullis non pro delicti merito pœnam* 3 *ſtatuere, iſtiuſmodi decretum amplecti recu-ſamus. Quandò etenim pro commiſſi ratione reis iudicium obuenit, æquum reuera decretũ eſt:quæq; illis irrogatur pœna,iuſta. At quandò delictum grauius quàm oporteat punitur, non id iuſticia, ſed potius iniuſticiæ eſſe cenſendum eſt. Quocirca ſanè, quum ſuperiores* 4 *legem promulgarint, quæ illis qui colligendis publi-cis tributis præfecti ſunt* (διοικητὰς *promi-ſcuum vulgus appellare conſueuit*) *ſi ſupra le-gitimum modum tributa extendere audeant, grauiſſimam pœnam infligit* (*morte enim id delictum perſequitur*) & *verò non omnino meritò tantæ pœnæ illos ſubijci nos exiſtime-mus, admiſſionem illi denegamus: contráq; ſtatuimus, vt ſi quis in id crimen incidiſſe de-prehendatur, ſemelq; tantùm id auſus ſit, quod amplius exegerit, eius duplum dependat: ſin id facere pergat, in quadruplum, quod am-plius captum eſt, ad iniuria affectum redeat, illeq; cum ignominia à concredito ſibi officio decedat. At ſit ſanè poſthac delicti huius hæc pœna, neque pecuniariæ fraudis reus de vita periclitetur.*

2 Lego ἃ καί.

3 Lego ἰεῖ ζειν.

4 De ſuper-exactor. C.

*D.E.

*ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΟΛΑΣΕΩΣ τῶν τὶ ἀπεμπολησάντων τοῦ δημοσίου ὑπάρχον.

Διάταξις ξϛ.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

ΑΞΙΟΝ μὲν τοὺς δημοσίων ἀδικημάτων ἐνόχους κολάζειν, καὶ τοιαύταις ὑπάγειν τιμωρίαις, αἳ μέλλουσιν, ὅτι μάλιστα πρὸς τὸ σῶφρον ἐπανάγουσαι τοὺς ἀυκέλως ἐπὶ τοῦτο ὁρμῶντας, ἀνακόπτειν τὰ ἀδικήματα· οὐ μὴν διὰ τοῦτο πλέον ἢ ὅσον ἄξιον τιμωρεῖν προσήκει. οὐδ' ὑπερόριον αὐτοῦ βιάζεσθαι εἶναι τὸ δίκαιον, οὐδὲ σχήματι τῆς αὐτῆς ἐκδικήσεως τὴν ἀδικίαν συνίστασθαι. τὸ μὲν γὰρ κατὰ τρόπον τοῦ ἁμαρτήματος τὸν δὲ ἡμαρτηκότα κολάζεσθαι, τοῦτο δικαίου ἐκδίκησις· τὸ δὲ μεῖζον τοῦ πταίσματος ἀπαιτεῖσθαι τὴν εἴσπραξιν, οὐκ οἶμαι σώζειν τὴν ὑπὲρ τοῦ δικαίου προαίρεσιν. διὰ τοῦτο τὸ ἡμέτερον κράτος, ἐν τοῖς ὑπὸ τῶν προγεγονότων νενομοθετημένοις, ἐν οἷς ποιναῖς ὑποβάλλουσι τοὺς τὶ ἀπεμπολεῖν τοῦ δημοσίου ὑπάρχον τολμήσαντας, ψῆφον οὐκ ἐκ τοῦ δικαίου προσφερομένην ἐπείπερ κατέμαθεν, οὐκ ἔτι διορίζεται ταύτην ἰσχὺν ἔχειν τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκλημάτων. ποῦ γὰρ δίκαιον, τῷ διότι ἀπημπόλησέ τι ὃ ζημίαν τῷ δημοσίῳ φέρει, ζημίαν ἀπαραμύθητον τὴν ἀφαίρεσιν τῆς ζωῆς

ὑπ

*DE POENA EIVS QVI REM ALIQVAM PVBLICAM vendiderit.

CONSTITVTIO LXII.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

PVBLICARVM *iniuriarũ reos caſtigari, & huiuſmodi pœnis quæ in illas pronos, ad temperantiam adigentes, quàm maximè iniurias ſuccidant, ſubijci iuſtum eſt. At non idcirco amplius quàm par eſt puniri, neq; ius vt fines ſuos excedat, ſpecieq; iuſtæ vindictæ cum iniuſticia velut conſpiret, cogi conuenit. Si enim pro delicti modo qui deliquit puniatur, iuſta ea iuris vltio ſit: at ſi quàm pro eo pœna maior infligatur, iuris propoſitum ſeruari non exiſtimo. Eapropter noſtra maieſtas, poſteaquam in ijs quæ à ſuperioribus" conſtituta ſunt, vbi eos qui publicæ rei aliquid diuendere auſi ſunt, pœnis ſubijciunt, non iuſtam ſententiam proferri didicit: vt eius criminis perſecutio non amplius hanc vim habeat decernit. Quomodo enim iuſtum eſt, vt cuiquam, quia quiddam quod detrimentum fiſco adferat vendidit, incurabile damnum, vitæ nempe priuatio, ob-*

" Vide l.5. & 4. Quæ res vend. non poſſ. C.

ὑπάρχειν; οὐδαμῶς· οὐ γὰρ ἄξιον τὸ πταῖσμα κολάζειν θανάτῳ, ἀλλά γε κρίνεσθαι ταύτῃ συγχωροῦμεν ἡμεῖς τοὺς ἁλισκομένους· ἀλλ' ὃς ἂν δημόσιον ἀπεμπολῶν φωραθῇ, τὸ τετραπλάσιον ἀποδιδοὺς, ἀποχρῶσαν ἐχέτω τὴν τιμωρίαν.

---

* ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΟΛΑΣΕΩΣ τῶν τοῖς ἐναντίοις τῶν ἀπηγορευμένων τι διακομιζομένων.

Διάταξις ξζ.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

ΚΑΙ τοῦτο τὸ αὐτῆς ὂν αἰτίας τὸ ἔγκλημα, καὶ ἴσῃ δίκῃ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ὑποβεβλημένον, ἡμεῖς δὲ ἀφαιροῦντες αὐτὸ τὸ παραμύθιον οὐ δεχομένης κολάσεως, (φημὶ δὴ τὴν θανάτου ἐχούσης τὸ ἐπιτίμιον) φιλανθρωποτέρας, ὥσπερ καὶ τὰ προειρημένα, ἀξιοῦμεν δίκης. ἐνομοθέτητο μὲν γὰρ τοῖς πάλαι περὶ τοῦ μὴ δεῖν πρὸς τοὺς πολεμίους διαπορθμεύεσθαι ἃ συγκροτεῖν αὐτοὺς μᾶλλον καὶ βιαιοτέρους ἀποτελεῖν· καὶ τοὺς καταφρονητὰς τοῦ θεσπίσματος ψῆφος τοῦ ζῆν διεκόμιζεν. Ἡμεῖς δὲ καὶ τοῦτο, εἰ καὶ δριμεῖαν ἀπαιτεῖ τὴν ποινὴν, ὅμως φιλανθρωποτέρᾳ διδόντες, τοιαῦτα διοριζόμεθα· εἰ μὲν ἂν κύριος τῆς νηὸς

ueniat? Nequaquam itaq; delictum illud morte puniri dignum eſt, neq; nos hoc iudicio deprehenſos feriri ſinimus. Quicunq; autem "publicam rem diuẽdere deprehenſus fuerit, vbi quadruplum reddiderit, ſatis pœnarum ſuſtinuiſſe putator.

"Lego δημόσιόν τι

---

*DE POENA ILLORVM QVI RES VETITAS AD HOSTES TRANSVEHVNT.

CONSTITVTIO LXIII.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

QVIN *& hoc crimẽ, quũ ex eodem fonte manet, eidemq; pœnæ à ſuperioribus ſubiectum ſit, inſanabili nos caſtigationi (quippe quæ mortis pœnã contineat) eximentes, mitiore, quemadmodum & prædicta, dignamur pœna. A veteribus* 1 *enim ſtatutum eſt, ne ad hoſtes tranſportentur, quibus illi inſtrui firmioresq; reddi poſſint: ac ſanctionis decretum contemptores de medio tollebat. Nos verò iſti quoque crimini mitiorem pœnam (licet acerbam requirat) aſſignantes, talia conſtituimus; vt ſi nauis dominus ſit,*

1 Quæ res export. nõ deb. C.

ἢ τῶν ἀπηγορευμένων διακομίζεσθαι τοῖς ἐναντίοις τὴν εἰσαγωγὴν ποιησάμενος, γνώμην μὲν κοινωνήσας τοῖς ναύταις, μόνος ὑφιστάσθω τὴν ποινὴν, καὶ ἔτι παντὸς τοῦ φόρτου, καὶ εἰ γε μὴ πάνυ ἀπορίᾳ πιέζοι, καὶ τρίτην τῆς ἄλλης περιουσίας τῷ δημοσίῳ καταβαλλέτω μοῖραν· εἰ δὲ πρὸς τοὺς ναύτας τὸ τολμηθὲν ἀφορᾷ (οἷα πολλὰ συμβαίνει, τὴν πονηρίαν ἀποκρυψαμένων) ὁ μὲν ἀμοίρος ἔστω ποινῆς, οἱ δὲ τὴν δίκην οὐ διαδύσουσιν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ταῖς εἰς τὸ σῶμα πληγαῖς καὶ τῇ ἐν χρῷ τιμωρείσθωσαν κουρᾷ· ἔπειτα δὲ, προσούσης εὐπορίας, τετραπλάσια ζημιούσθωσαν ὧν εἰσαγωγίμων ἐποιήσαντο. εἰ δ' εἶεν ἄποροί τε καὶ πένητες, ἔστωσαν, ἐπὶ ταῖς μάστιξι καὶ τῇ ἀτίμῳ τῶν τριχῶν ἀποβολῇ, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀποβάλλοντες, διὰ τοῦτο πρὸς δουλείαν ἐκδότους γενέσθαι· τοὺς γὰρ, ἴσον ἐπ' αὐτοὺς ἧκον, οὐ μόνον εἰς δουλείαν πλείστους ἄγοντας, ἀλλὰ καὶ βίον πικρῶς ἐξάγοντας, καὶ τοῦτο φιλάνθρωπον καὶ μετρίως ἔχουσα εἴσπραξις, τὸ ζωῆς οἰκετῶν ἠξιῶσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, γνώμης κοινῆς οὐκ ὄντος τοῦ ἀδικήματος· εἰ δὲ κοινῇ σκέψει καὶ πονηρίᾳ τοῦτο κατέπραξαν, ὥσπερ ὁμοῦ τὸ κακὸν εἰργάσαντο, οὕτω καὶ τὴν δίκην ἔσονται ὑποσχόντες, οἷς διωρισάμεθα τρόποις ἑκατέρου μέρους κολαζομένου.

Περὶ

qui res vetitas ad hoſtes tranſuexit, conſilium'q; ſuum cum nautis 2 non communicarit, is ſolus pœnam ſubeat, 3 & ſupra vniuerſum nauis onus, ut ipſum inopia valde premat, reliquorum bonorum trientem etiam fiſco dependat. Si verò ſoli nautæ (vt multa illis *malitioſum* ſuum *animum celantibus contingunt) idfacinus auſi ſint, ille quidem prorſus liber eſto, hi verò pœnam non effugiunto: ac primùm quidem flagris cæduntor, cuteq; tenus tondentor: deinde verò, ſi diuites ſint, eorum quæ exportarunt quadruplo multantor: ſin inopes & pauperes, ſupra verbera, ignominioſamq; tonſionem, 4 quòd alios in ſeruitutem tradiderint, libertatem amittunto.* Nam *qui, quantum in ſe eſt, non modò quàmplurimos in ſeruitutem ducũt, ſed etiam* communi *vitæ acerbitatem adferunt, tametſi ad ſeruilis vitæ conditionem adigantur, mediocris tamen 5 hæc atque mitis pœna eſt. Atque hæc quidem, quando communi conſenſu patratum non eſt facinus. Si verò communi conſilio & malitia res geſta fuerit, vt ſimul eam perpetrarunt, ita etiam vtriſq; ad præſtitutum à nobis modum caſtigandis, ſimul pœnas ſuſtinebunt.*

2 Pro μὴ lego μὲν.
3 Lego καὶ ἐπὶ παντὶ τῷ φόρτῳ, εἶγε.
4 Lego διὰ τὸ.
5 Lego καὶ τούτῳ φιλαίθρωπος.

*ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΟΛΑΣΕΩΣ τῶν ἀποκρυψαμένων τὰ τῶν ναυαγούντων.

Διάταξις ξδ.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥ λιανῷ τῷ αὐτῷ.

ΕΚΕΙΝΟ δὲ λίαν θαυμάζω, πῶς ὁ τὰ ἐκ θαλάττης κινδύνου ἀποκρυπτόμενος, τοσοῦτον ἔδοξεν ἁμαρτεῖν ὥστε θάνατον ἐπάγειν αὐτῷ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν. ὅτι μὲν γὰρ ἁμαρτίαν οὐ μετρίαν τολμᾷ, ἐκείνους ἀποστερῶν τῶν ἰδίων, οἷς ἴσως καὶ παρ' ἑαυτοῦ ἐπαρκεῖν τις εἰς ἔλεον καταστὰς, οὐκ ἂν ἣν περιφέρουσι διὰ τῶν ἐγκάτων ὀδύνην καταπραΰνων ὀφθείη· (εἰκὸς γὰρ πολλὴν ζημίαν καὶ τῶν ὄντων ἀποβολὴν ὑπομεῖναι) τοῦτο τῶν φαινομένων ἐστίν. ὅτι δὲ χρὴ ζωῆς ἀποστερεῖσθαι τοὺς καθ' ὧν ἡ ἔκπληξις ἔχει τὴν χώραν, τοῦτο συνιδεῖν οὐκ ἔχω. τί γὰρ τοσοῦτον ἀφείλετο ὃ γένοιτ' ἂν ἰσοτάσιον ψυχῆς, ἧς τὴν εἴσπραξιν καταχρίνεται; κάκιστος μὲν οὖν καὶ ἀλιτήριος ὁ τοιούτου κέρδους ἐλάττων, τὸ δὲ τὸ παρ' ἐνίων γινόμενον, περισυλᾶν τεθνηκότας. οὐ μὴν ἡ πονηρία τοιαύτης ἀξία δίκης·

*DE POENA EORVM QVI NAVFRAGIVM SVPPRESſerint.

CONSTITVTIO LXIIII.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

ILLVD *etiã atq; etiã admiror, quomodo qui naufragio eiectas res occultat, tantum delinquere videatur, vt id mortem* 1 *ipſi inferre debeat. Quòd autem qui illos rebus ſuis defraudat, quibus aliquis miſericordia motus, vel de ſuo* 2 *ſumptus ſuppeditet,* 3 *quemq; in corde dolorem circunferunt leniat (quum præſertim graues cruciatus in bonorum amiſsione ſuſtineri conſentaneum ſit) ille non mediocre flagitium audeat, id verò luce clarius eſt. Atqui quòd hos, quos vecors cupiditas huc impulit, vita priuari oporteat, hoc* profectò *intellectu aſſequi nequeo. Nam quid tantum ablatum eſt, vt cum anima conferri poſsit, qua priuari debere* ille *condemnatur? Peſsimus quidem certè eſt & ſacrilegus, qui ſe iſtiuſmodi lucro mancipat: ac ſanè* ille *(id quod ab aliquibus fit) mortuos ſpoliat. Veruntamen id facinus iſtiuſmodi non meretur pœnam.*

1 Vide l. 3. Item qui. Ad l. Cor. de ſicar. ff.

2 Lego ἐπαρκῇ.

3 Lego [illegible] ἢ λῦ αι.

οὐ γὰρ δίκαιον ἀντὶ πράγματος ὑλικοῦ καὶ ῥέοντος ἄϋλον καὶ ἀθάνατον πρᾶγμα τὴν ψυχὴν λαμβάνειν. εἰ γὰρ πολλάκις οὐδὲ ἐν πράγμασιν ὕλης τιμωμένην ἡ ζημία, πολλὴν τὴν ὑπερβολὴν ἔχει, ἵνα μὴ τῷ ὑπερβάλλοντι ὥσπερ τινὰ περίοδον ἡ ἀδικία λαμβάνῃ· πῶς οὕτως ἀστάθμητος ζημία καταλάβοι τοὺς ἀποκρυψαμένους τὰ τῶν ναυαγούντων, οὐκ οὔσης τῆς ὑπερβολῆς λόγῳ ῥητοῦ, ἣν πρὸς τὸ ἀδίκημα ἡ εἴσπραξις ἀποφέρεται; κελεύομεν οὖν καὶ τοῦτο μηκέτι οὕτως δύνασθαι, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ παρακατασχεθέντος εἴδους ἀποτινύειν τετραπλοῦν τὸν ἀποκρυψάμενον, καὶ τοιαύτῃ δίκῃ ὁρίζεσθαι τὸ ἁμάρτημα.

---

*ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΟΛΑΣΕΩΣ τῶν μαγγανείᾳ χρησαμένων.

Διάταξις ξε.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥΛΙΑΝῼ τῷ αὐτῷ.

ΟΜΕΝ εἰπὼν μέμφεσθαι τῷ οἴνῳ καὶ τὸ τούτου σύνωνυμον ἀποστρέφεσθαι, διὰ τὸ τῶν μεθύσων κακόηθες, ἔοικε, διὰ φαύλην χρῆσιν, τὶ μὴ καθ' ἑαυτὸ φαῦλον ὂν διασύρειν. ἐγὼ δὲ νόμον ἐντεθειμένον ὑπὸ τῶν πάλαι νομοθε-

τῶν

Pro re enim materiali & fluxa materiæ expertem atq; immortalem, animam nempe, *capere haud eſt æquum.* Nam *ſi perſape neque in rebus materialibus mulcta illatum damnum longè ſuperat, quò* videlicet *velut circuitum aliquem iniquitas exceſſu nō conficiat: quamobrem tam inæqualis pœna illos qui naufragorum res occultant, percellat, vt exceſſus, quem vltio ad facinus refert, exprimi verbis nequeat?* I*ubemus igitur, vt de hoc non amplius ita vindicetur, ſed pro re detenta, qui occuluit, quadruplum dependat, eaq́; pœna id delictum defungatur.*

---

*DE INCANTATORVM POENA.

CONSTITVTIO LXV.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

Q*VI propter temulentorum incompoſitum malignumq́; animum, reprobandum eſſe vinum, eiusque oblectamentum auerſandum dicit: ne ille propter peruerſum vſum, rem per ſe non peruerſam ſugg illat.* Ego *verò promulgatam à veteribus legiſlatoribus le*

τῶν διασκεπτόμενος, ἐς γοητείαν μὲν, φαύλην ἡγούμενος, τιμωρεῖται, πάλιν δ' αὐτὴν ἀποδέχεται (οὐκ ἐκ τῆς τῶν χρωμένων αὐτῇ προαιρέσεως φαύλην δεικνυμένην, ἀλλ' οἴκοθεν πηγάζουσαν τὴν κακίαν, ὥσπερ οἱ κορπᾶνες τὴν λυσσαδίαν) μέμφεσθαι τοῖς νομοθετηκόσιν οὐκ ἂν φαίην· ἵνα δὲ μὴ μέμφοιντο τὸ τὴν μέμψιν ἔχον νομοθέτημα εἰ καθαίρει δικαίῳ τοῦ τῶν νόμων ἐλέγχους. βούλεται μὲν γὰρ σὺν θάνατον γοητείαν, ὅτι τὸ σῶφρον τοῦ νοῦ ἀφαιρουμένη, ἀναβακχεύει τοὺς λογισμοὺς πρὸς οἴστρους καὶ μανίας ἐρωτικάς· ἀποδέχεται δὲ πάλιν αὐτὴν, ὡς σπερμάτων καὶ καρπῶν θεραπείαν, καὶ ἄλλων δέ τινων καλῶν, ὡς οἴεται, χορηγόν· καὶ ὅπερ ὡς ἐπίβουλον κολάζει, τοῦτο πάλιν ὡς εὐεργέτην τιμᾷ. Ἡμεῖς δὲ τὴν τοιαύτην μαγγανείαν, ἀλήθειαν μὲν ὑπάρχειν πειθόμεθα, καλοῦ δέ τινος αἰτίαν οὐκ ἂν πεισθείημεν. εἰ δὲ καὶ φαίνοιτό τι φέρειν τοιοῦτον (ὡς δοκεῖ τῷ ταύτην ἀποδεχομένῳ νόμῳ) οὐ χρηστὸν, ἀλλὰ δέλεαρ, καὶ πάγην πρὸς τὸ τῶν κακῶν ἔσχατον, τὴν τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ ἔκπτωσιν, ἁλίσκουσαν, ἴσμεν τὲ γνωμένων τοὺς πειθομένους, δαιμονίοις σκαιοῖς, ἀντὶ τοῦ πλάστου καὶ δεσπότου, προσανέχειν παρασκευάζοντα, καὶ τὰς βλάβας διὰ τῶν ἐκτὸς ἀ-

gem" conſiderans, eam quæ modò incantamentum malum eſſe rata, id punit, modò verò admittit & approbat, quanquam *id ex vtentium propoſito malum non fiat, ſed ſua naturæ vitioſitate, tanquam ſterquilinia grauεolentia ſcaturiat: non* tamen *illos legiſlatores reprehendendos dixerim, ſed ne quis legẽ (quod meritò fiat) vituperet, eam ex legum quaſi fundo " tollendam puto. Vult autem puniri incantationes, eo quòd modeſtia animi ſublata, ſtimulis furoreq́; amatorio rationem ad inſaniam adigant: ac approbat rurſum illas, tanquam ſegetes & fructus curent, aliaq́; bona (vt quidem videtur) ſuppeditent. Atque ita quòd tanquam inſidioſum puniſſet, idem rurſum tanquam beneficum honorat.* Atqui *nos iſtiuſmodi incantationes pernicioſas eſſe perſuaſum habemus: & vt boni quicquam inde manare credamus, induci non poſſumus. Ac ſanè etiam ſi boni quippiam producere illas appareat (quomodo* quidem *approbanti ipſas legi videtur) non id bonum eſſe, ſed illecebram atque naſſam, quæ illectos in malorũ omnium extremum, vbi à ſummo bono excidant, abſorbeat, " compertum habemus.* Notum *enim nobis eſt, illas, vt qui ſe ipſis dedunt, præ* Creatore & Domino *infauſtis diriſq́; dæmonijs adhæreant, efficere: & qui illas affectantur, hos per externarum rerum lætam*

quand

" L. a. De malefic. & math. C.

" ἐκκαθαίρειν ſcriptũ fuiſſe puto.

" Lego ἴσμεν καὶ ἔγνωμεν.

λυπίας εἰς τὴν ψυχὴν δέχεσθαι τοὺς ταύτην ἀποδεχομένους. ὅπερ πολλάκις οἱ πρὸς τὰς πληγὰς δειλοὶ πάσχουσιν· οὐ βουλόμενοι ταύτας ἐπὶ τῶν χειρῶν δέξασθαι, κατὰ τῆς κεφαλῆς ἢ τῆς γαστρὸς ὑποδέχονται. Εἴ τις δὴ ὅλως τοιαῦτα φωραθείη μαγγανευόμενος, εἴτε προφάσει τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, εἴτε ἀποτροπῆς τῆς τῶν καρπίμων βλάβης, τὴν ἐσχάτην εἰσπραττέσθω ποινήν, τὴν τῶν ἀποστατῶν κόλασιν ὑφιστάμενος.

ΠΕΡΙ ΑΝΔΡΑΠΟΔΙΣΜΟΥ. Διάταξις ξϛ.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

ΩΣΠΕΡ οὐκ ἔστι καλὸν τὰ τῆς δίκης ζυγὰ πλέον ἢ προσῆκεν ἐπικλίνεσθαι τῇ συμπαθείᾳ, οὕτως οὐδ' ὑπερβολὴν αὐστηρότητος τοῖς ἁμαρτάνουσι βαρυτέραν ἢ ὅσον ἀπαιτεῖ τὸ ἁμάρτημα τὴν δίκην ἐπιτίθεσθαι. τὸ μὲν γάρ, λέγω δὴ τὸ ἄκαιρον συμπαθές, τοὺς ἔξω φέρεσθαι τοῦ πρέποντος οὐκ εὐλαβουμένους, ποιήσειεν ἂν καταφρόνησιν, καὶ πρὸς τὴν τόλμαν τῶν φαύλων ὀξυτέραν τὴν προθυμίαν· τὸ δὲ βαρυτέρᾳ κολάζειν ποινῇ τὸ ἁμάρτημα, ἀλλ' οὐ καθ' ὅσον ἄξιον, οὐκ ἔστι δικαίου ἐκδίκησις, ἀλλ' ἐν

σχήμ

quandam ſpeciem vulnera in animam excipere. Quale quiddam inter pugnandum meticuloſis frequenter accidit: qui dum ictus in manus excipere nolunt, illis vel caput vel ventrem exponunt. Sanè verò ſiquis aliquo modo incantamentis vſus eſſe deprehenſus fuerit, ſiue id reſtituendæ conſeruandæ've valetudinis, ſiue auertendæ à rebus frugiferis calamitatis cauſa fecerit, is apoſtatarum pœnam ſubiens, ſupremum ſupplicium ſuſtineto.

DE PLAGIO.

CONSTITVTIO LXVI.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

V*T iuſticiæ libram non plus æquo ad miſericordiam inclinare, ita neque nimia auſteritate delinquẽtibus grauiorem quàm peccatum requirat pœnam imponi, honeſtum eſt. Illud enim (intempeſtiua commiſeratio nempe) in* 1 *illis quibus decorum excedere religio non eſt, contemptum, & ad audenda mala feruentiorem promptitudinem gignat: & grauiore quàm pro merito delictum pœna ferire, id verò non iuſticiæ vltio, ſed ſub ſpecie*

1 Lego τοῖς & mox εὐλαβουμένοις ἐμποιῆσαι.

σχήματι δίκης, ἀδικίας ἄρχειν. τὸ γὰρ μὴ πρὸς μέτρον τοῦ πταίσματος τιμωρεῖσθαι τὸν πταίσαντα, ἀδικεῖν ἐστιν, οὐχὶ τὰ δίκαια ποιεῖν. Τί δήποτε τοῦτο ἐρρήθη; ὅτι νόμος οὐκ οἶδ' ὅπως τοῦτο γὰρ διορίσασθαι, θανάτῳ ζημιοῦσθαι τὸν ἠνδραποδικότα δοῦλον ἀλλότριον· οὐ σταθμούμενος τὴν τιμωρίαν τῷ ἁμαρτήματι, οὐδ' ὅτι ἡ τῆς βίας ζημίας ἐπιφέρεσθαι ἄξιον, καὶ οὐχ ὅτι κτήματος ἐγίνετό τις ἀπώλεια, ἣν δυνατόν ἐστι παραμυθήσασθαι, διὰ τοῦτο ἀπαραμυθήτῳ ὑπάγειν ἀφαιρέσει τὸν ἑαλωκότα. Τοιγαροῦν διὰ τοῦτο τοὺς μὴ ἄξια θανάτου ἡμαρτηκότας, οὐ δίκαιον ἀνασκεψάμενοι πικρὰν οὕτω τιμωρίαν ἀναπράττεσθαι· ὅνπερ ἡ συνήθεια παρὰ φαῦλον ἐποιήσατο νόμον (οὐκ ἀφαιρέσει τῆς ζωῆς τιμωρουμένη, ἑτέρως δὲ κολάζουσα τὴν ἀνδραποδιστήν) καὶ ἡμεῖς τῶν νομίμων ἐκβάλλοντες διατάξεων, τὸ ἐκείνης δόξαν, νόμῳ κυροῦμεν· καὶ κελεύομεν, τὸν εἴ τις ἄλλῳ οἰκέτην ἀλλότριον ἀνδραποδισάμενος, τῇ τε ἀποδόσει τοῦ οἰκέτου καὶ τῇ ἀποτιμήσει τούτου ζημιοῦσθαι, καὶ ἔτι τοῦ ἐπιτηδεύματος προσόδῳ, καὶ ὅσον αὖ τῷ δεσπότῃ προλαμβάνῃ, μὴ ἀπολωλότος τοῦ οἰκέτου, ἰσάριθμον ἐκτίσει. τούτου δ' ἐπέκεινα μὴ βαρύνειν τοῖς ἐξαμαρτάνουσι τὴν ποινήν. ἕξει γὰρ οὕτως ἀποχρώντως τῷ μὲν ἀπολωλεκότι ἡ ὠφέλεια, τῷ δὲ κλέψαντι ἡ τιμωρία, οἷα δὴ κἀκείνου τὸν οἰκέτην ἐν προσθήκῃ

ἀπὸ

ſpecie iuſticiæ rem iniuſtam aggredi eſt. Nam non pro delicti modo delinquentem punire, iniuria afficere, nequaquam verò iuſticiam exercere eſt. At quem in finem hoc dictum eſt? [2] *Quòd* [2] *lex quo neſcio modo (eſt enim hoc* [3] *cōſtitutum) eum qui alienum ſeruum abduxit, morte* [4] *puniat. In quo illa pœnam ad delictum haud dubiè non expendit. Quum enim* [5] *quod recuperari nequeat amiſſum nihil ſit, mortis pœnam illi qui cepit inferri, irrecuperabiliq́; ita damno ſubijci, non eſt æquum. Idcirco itaque ab ijs qui digna morte non commiſerunt, tam acerbas pœnas exigi, vbi iniquum eſſe animaduertimus, quam legem conſuetudo contempſit (vt quæ vita plagiarium non priuet, ſed alio modo puniat) eandem nos etiam legalibus conſtitutionibus eijcientes, quod conſuetudini placuit, lege confirmamus: ac iubemus, vt ſi quis alienum ſeruum abduxiſſe deprehenſus ſit, is eundem, eiuſdemq́; precium, tum etiam quicquid ex induſtria eius ipſi acceſſit, reddere, & quantum dominus non amiſſo ſeruo eius nomine percipere potuerit, tantundem dependere cogatur: atque vltra hæc delinquentibus pœna non aggrauetur. Siquidem ita illi, qui ſeruum amiſit, ſufficienter damnum reſarcitur, furiq́; ſatis magna pœna irrogatur: quippe quum ille ſeruum cum acceſſione recipiat,*

2 L.7.ad l. Fla.de plagiar.C.
3 Lego διώρισται.
4 Lego ζημιοῦται.
5 Græca haud temere intelligas.

ἀπέχοντος, καὶ τῆς δι' αὐτὸ ὠφελείας μὲν ἴσχειν ἂν μὴ ἀνδραποδισθέντος, οὐ καινοτομουμένου· καὶ τούτου ἀξίως τετιμωρημένου τῇ τε διπλῇ ἀποδόσει τῆς κλοπῆς, καὶ τῷ μηδὲν κερδαίνειν τῆς κλαπέντος δουλείας.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΥΤΟΜΟλησάντων πρὸς ἐχθρούς, καὶ ἑκουσίως ἐπελθόντας.

Διάταξις ξζ.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

ΚΑΙ τὸ ἄγαν αὐστηρὸν καὶ ἀπότομον, καὶ τὸ λίαν ὑπεῖκον καὶ πλέον ἢ προσῆκε φιλάνθρωπον, ὁμοίως ἀμφότερα τοῦ ὠφελίμου τὸ βλάβος ἔχει. ὅ,τε γὰρ τῷ ἀποτόμῳ ἀμέτρως χρώμενος, καὶ ὁ τὸ ἐπιεικὲς ἄκρατον φέρων, ἑκάτερος κἂν τε ἑνός τινος, αὖτε οἰκίας, αὖτε πόλεως ἐπιστατῇ, ἐς τὸ ἀσύμφορον δὲ αὖ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διοικουμένοις ἐγκεχειρημένος τὴν ἐπιστασίαν. χρὴ γὰρ τὸν καλῶς ἐπιστατήσοντα, ὥσπερ τῶν χωρίων τὰ εὔκρατα καὶ πρὸς ὑγείαν ἐπιτήδεια μικτὰς ἔχει συμμέτρους τὰς τοῦ ἀέρος διαθέσεις, οὕτω καὶ αὐτὸν εὔκρατον ἑαυτὸν παρέχειν τῇ οἴκτρῳ πρὸς τὴν συμφέρουσαν ἐπιστασίαν μίξει τῶν διαθέσεων· καὶ μήτε τῷ ἀποτόμῳ ἄγριον καὶ ἀφόρητον εἶναι, μήτε

τῷ

recipiat, & quam vtilitatem ex ſeruo nõ ſurrepto ſenſiſſet, illa non imminuatur: hic verò in duplum ſeruum ſurreptum reddere debeat, nihilq́; ex ipſius ſeruitute lucretur.

DE IIS QVI AD HOSTES TRANSEVNT, SVAQVE SPONTE reuertuntur.

CONSTITVTIO LXVII.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

SIMVL *nimia auſteritas & ſeueritas, ſimul immoderata lenitas & clementia, ex æquo vtraque quod vtile eſt interuertunt.* Etenim *& qui ſupra modum præfractus eſt, & qui lenitatem grauitate miſcere nequit, vterque ſiue alicui vni ſiue familiæ ſiue ciuitati præſit, quibus præfectus eſt, cum illorũ detrimento res adminiſtret.* Oportet enim, *vt qui rectè præfuturus eſt, quemadmodum temperata ſalubriaque loca æquabiliter mixtas habent aeris qualitates: ita & ipſe affectionum commiſtione ad rerum adminiſtrandarum vtilitatem " attemperata, ſe moderatum præbeat, & neque moroſitate grauis atque intolerabilis ſit, neque in-*

" Pro οἰκτρῷ lego συμμίκτῳ.

exactiusq́; rei indignitatē oratio exploret. Re-*rum conditor quum initio matrem & fœminam conſociaret, ad largum quod inde extiturum eſſet, incrementum reſpiciens, conſociationem illam faciebat. Quin & natura (quæ tanquam famula, quantum poteſt, à cōditore tradita præcepta obſeruat) vt in hoc matrimonij conſuetudo meatur, quò ſobolis procreatio procedat, quoad quidem ab ipſa tale miniſterium* Conditor *præſtari velit, propoſitum eſt. Si igitur vel hic quod natura* Conditor, *ipſuq́; natura voluit, apparet, quod prohibendū ducimus, ne prohibeatur: ſin minus, (vt certè nihil iſtiuſmodi eſt, ſed contraria omnia, & nulla ad implendam* Domini *voluntatē vis, & eius generis quiddā quod natura non agnoſcat) quare non omnibus modis prohibebitur? Quòd ſi quis contentionibus gaudens, dicat, ſi propter ſterilitatem eunuchi à coniugio ſecluduntur, multis etiam aliis coniugium interdici debere, quum non omnes quicunq; in coniugium coeunt, fœtificos ſe præſtent: ad contentionem in promptu eſt reſponſio, quòd tametſi nullus ex ijs fœtus gignatur, non tamen in hoc congregati ſint, ne quam communi vitæ vtilitatem coniugalis copulæ adferant: quum potius contrà procreandorum liberorum deſiderio congregatos conſtet, quos effectum deſiderio reſponſurum opinantes in euentu ſpes fefellerit: hic verò vt tale ali-*

quid

οὐκ ἔστι τοιοῦτον εἰπεῖν (πολλοῦ γε καὶ δεῖ) ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδότες οἱ καὶ τὴν ἄκαρπον συνιόντες μίξιν, ὡς ἄγονοι καὶ ἄκαρποι ἐπ' αὐτὸ τοῦτο καὶ συνῆλθον, καὶ καθάπερ τῇ φύσει ἐπιβουλεύοντες. ἀμφότεροι τοίνυν καὶ κατὰ τοῦτο μόνον μισητοί, ἡ μὲν, ὅτι ἐξὸν αὐτῇ, εἰ τὴν διὰ γάμου ἐπόθησεν ὁμιλίαν, κοινωνῆσαι γονίμῳ φύσει, τὴν ἄγονον ἠλλάξατο καὶ τὸ ἄκαρπον· ὁ δὲ, ὡς τῇ ἑαυτοῦ ἀχρηστίᾳ περιϊστῶν εἰς τὸ ἄχρηστον εὐλογίαν ἐνεγκεῖν τῷ ποιήσαντι. Εἶτα καὶ χώραν μὲν ἐξ ἧς αὖ τις ἕτερος καρπὸν δρέψαιτο, ἥτις ὀφθείη διαλυμαινόμενος, καὶ πρὸς τὸ ἄκαρπον αὐτῇ χρώμενος, ὡς πονηρὸν καὶ λυμεῶνα μισήσομεν, καὶ εἰ δυνατὸν, ἐφεξόμεθα αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν· τὸν δὲ ὅ τις ἐξ ἧς ὁ λογικὸς ἀναβλαστάνει στάχυς, χώραν ἐξερημοῖ, καὶ ἄχρηστον δεικνύει, τούτῳ ὡς μηδὲν ἄδικον δρῶντι παραχωρήσομεν; καὶ τίς ἂν φαίη; Ἀλλὰ (φασὶ) Παῦλος εἶπε, κρεῖττον γαμεῖν ἢ πυροῦσθαι. ὥστε διὰ τὴν πύρωσιν ἀκώλυτον ἡ συνάφεια. Ὁ τὸν Παῦλον εἰς μέσον προάγων, πρόσχες τοῦ Παύλου τοῖς ῥήμασι. γαμεῖν εἶπε, τουτέστι διὰ τῆς γαμικῆς ὁμιλίας συναρμόζεσθαι γυναικί. εἰ μὲν οὖν καὶ ἡ σοῦ πρὸς γυναῖκα μίξις, συνάρμοσις γαμική, καὶ ἀξία τυχεῖν εὐλογίας ἥτις ὀφείλεται τοῖς νυμφαγωγουμένοις, γάμον αὐτὴν ἐξονόμαζε, καὶ περισκόπει νύμφην· εἰ δὲ εὐλογίας οὐκ ἂν

οὐδ'

quid dici poßit, permultum abſit, quum "qui "Lego εἰ εἰς τὴν ἔκφυλον.
ad peregrinam illam commiſtionem conuene-
runt, liquidò ſcientes ſe ſteriles ac ad gignendũ
inutiles conuenire, naturæ quaſi inſidiati ſint.
Ac ſanè ob hoc duntaxat odio etiam ambo di-
gni ſunt: mulier, quòd quum coniugalis con-
ſuetudinis cupida fœcundo ſe iungere potuiſſet,
infœcundum & "ſterilem prætulerit: eunuchus *Lego τὴν ἄκαρπον.
verò, quòd vt in vanum Dominus *benediceret,*
impotentia ſua effecerit. Si *quis porrò fundum*
ex quo alius aliquis fructus metat, vaſtet, &
"incultũ relinquat, an hunc tanquã malũ atq; "Lego ἄγονον.
perniciosum odio habebimus, eiuſq; ſi fieri po-
teſt inſtitutum reprimemus: illi verò, qui fun-
dum ex quo ratione præditum germẽ pullulet,
deſolat & inutilem reddit, tanquam nihil in-
dignitatis cõmittat, id facere permittemus? Et
"ſanè quid quiſquam dicat? Sed Paulus *(in-* "Lego καὶ τί ἄν τις φαίη;
quiunt) ait, MATRIMONIVM CON-
TRAHERE QVAM VRI SATIVS
EST. *quapropter naturalis feruoris contempla* Cap. 7. ad Corinth. 1.
tione cõiunctio prohiberi non debet. Sed tu qui
Paulũ *laudas, ad* Pauli *verba attende.* Matri-
monium contrahere, inquit, id eſt per matrimo
niale cõmercium cũ muliere coniungi. Si *igitur*
tua cũ muliere cõmiſtio, conſociatio matrimo-
nialis, & benedictione quæ in matrimoniũ co-
euntibus debetur, digna eſt, matrimoniũ illã no
mina, & obſerua vxorẽ: ſin ne tantillæ quidem

bened

οὐδ' ἔνεχρ ποτὲ μετάσχοις (τίς γὰρ ἂν ἢ ποία ἱερολογία ἐπὶ τοῖς ἀπ' ἐναντίας καὶ συναπτομένοις τῷ τοῦ πλάσαντος δόγματι, ἀπ' ἐναντίας δὲ τῷ νόμῳ τῆς φύσεως προέλθοι;) τί δὲ Παῦλον εἰς συμφωνίαν ἕλκειν τολμᾷς τοῦ σοῦ ἀγάμου καὶ ἐκφύλου γάμου; ἄλλως τε δὲ καὶ τοῖς ἀποτεμοῦσι τούτων τὴν ἀῤῥενοποιΐαν εἰ τοῦτο ἡ ἐπίνοια βούλεται (εἰ καὶ σφαλερῶς καὶ θεῷ ἀντιπράττοντες ἥκουσιν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν) ὥστε μηκέτι δρᾶν αὐτοὺς ἅπερ ἄνδρες, ἀλλ' ὅσα γε τὴν πρὸς τὸ θῆλυ γένος ἐπιθυμίαν ἀπομαραίνειν, καὶ τῆς εὐνῆς ἀνυπόπτους φύλακας εἶναι (τοῦτο γὰρ ἡ κλῆσις ἐγγυᾶται) πῶς κατὰ τοῦτο δικαίαν οὐ χαλκεύσουσι καθ' ἑαυτῶν ἀγανάκτησιν, δι' ὧν οὐ μόνον τῇ φύσει ἐχθρὰν προαίρεσιν κέκτηνται, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐκείνοις, οἳ καὶ κακοτέχνως, ὅμως σπουδὴν ἔθεντο πρὸς τὸ δεῖξαι αὐτοῖς χρησίμους ὀφθῆναι, ἐναντιούμενοι ἀποδείχθησαν; καὶ ξένον τι γένος ὑπαρχηγοῦσιν, μήτε τῇ ἐξ ἀρχῆς προβαλλούσῃ φύσει, μήτε τῇ μετὰ ταῦτα μεταπλασαμένῃ κακοτεχνίᾳ συνῳκειωμένοι; Διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, τὸν εἴ τις εὐνοῦχον πρὸς γάμον ἥκειν φωραθείη, καὶ αὐτὸν μὲν τῇ τῆς πορνείας ὑποκεῖσθαι κολάσει, καὶ τὸν ἱερέα δὲ τολμήσαντα ἱερὰ τὴν τοιαύτην συναρμοστίαν τελέσαι, τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀπογυμνοῦσθαι.

Περὶ

benedictionis vnquam capax fueris (quæ enim aut qualis conſecratio in ijs qui ſimul contra Conditoris decretum, ſimul contra naturæ legem coniunguntur, locum habeat?) quid Paulum *in approbationem cælibis tui & peregrini matrimonij pertrahere audes?* Ad *hoc verò, ſi qui ipſis naturalem & propriam marium potentiam exſecant, hoc conſilio id faciunt (tametſi vitioſè, ac quadam in* Deum *rebellione id faciant) ne amplius viros ſe exhibere queant, ſed quãtum ad libidinis ſtimulos attinet, prorſus elangueſcant, cubilisq́; fidi & in quos ſuſpicio non cadat, cuſtodes ſint (quod ſanè ipſe vocis ſonus promittit) quomodo in hoc non iuſtam aduerſum ſe indignationem cudent, quòd non ſolum inimicam naturæ voluntatem capeſſant: verumetiam illis * qui licet malitioſè,* ∵ Lego eis.
quomodo tamen ipſis videretur, vtiles illos reddere ſtudio habuerunt, aduerſari deprehendantur? & quum nouum atque peregrinum ſexum repræſentent, non tamen ſe neque initio attributæ naturæ, neque qua transformati ſunt, malitioſæ arti accommodent? Propterea *ſancimus, vt ſi quis eunuchorum ad matrimonium procedere comperiatur, & ipſe ſtupri pœnæ obnoxius ſit: & qui ſacerdos iſtiuſmodi coniunctionem prophanato ſacrificio perficere auſus fuerit, ſacerdotali dignitate denudetur.*

Q

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΟΝ ΕΙΣ ἀνάγκην τοῦ ὀμνῦναι τινὰ καθιστῶντα, αὐτὸν ὑπομόσασθαι πρότερον ἢ μὴν οὐ κακούργως οὐδὲ κακομηχάνως ἀπαιτεῖν τὸν ὅρκον. Διάταξις ξθ.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

ΟΣΑ πρὸς εὐλάβειαν ὁρᾷ, ὅσα πρὸς δεξιότητα ῥέπων, ταῦτα καὶ ἐν ἑκάστῳ καὶ τῷ κοινῷ τῆς πολιτείας σύχνην καὶ ἀγώνισμα τίθεμαι καὶ παρ' ἐμαυτοῦ προσεξευρίσκειν, εἴ τι δυναίμην, καὶ παρ' ἄλλων ἐξευρημένων τὴν οἰκείαν παρέχειν ὠφέλειαν. διὰ τοῦτο ἐπὶ τοῖς ἄλλοις καὶ οὗτος ἡμῖν ὁ νόμος οἷον ἀποφθαρεὶς, τυχὼν ἀναβιώσεως ἔδοξε, ὃς κελεύει τὸν εἰς ἀνάγκην τοῦ ὀμνῦναι τινὰ καθιστῶντα, αὐτὸν ὑπομόσασθαι πρότερον ἢ μὴν οὐ κακουργίᾳ τὸν ὅρκον αἰτεῖν, οὐδ' ἀπὸ γνώμης δηλονότι κινουμένης, ἀλλὰ ζητοῦσαν πίστιν λαβεῖν περὶ ὧν ἡ ἀμφιβολία κυμαίνει τοὺς λογισμούς. καλῶς γὰρ ποιοῦντα διεσπίσματα δόξαντες τοῖς ἀρχαιοτέροις, οἱ νόμοι παρὰ φαῦλον δὲ ἐμβλέψει τὸ ἐκεῖθεν ἀσφαλὲς, ὁρκίων χρείας προβεβλημένης, τὸν μὴ ἀπαιτούμενον ἀξιοῦσιν ἐπέχειν τὸν ὅρκον, περὶ δὲ τοῦ ἀπαιτοῦντος ἐγνωκότος οὐδὲν πολυπραγμονοῦσιν. Ορίζει οὖν τὸ ἡμέτερον κράτος, κατὰ τὸ δόγμα τῶν πάλαι νομοθετησάντων, τὸν τύπον τηρεῖσθαι τῶν ὅρκων, καὶ τὸν λαβεῖν ὅρκον

ὅρκον

VT QVI IVSIVRANDVM DEFERT, PRIOR DE CAlumnia iuret.

CONSTITVTIO XCIX.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

QVAECVNQVE *ad rectè ca-uendum ſpectant, quæcunque ad bonos mores pertinent, hæc & ſin-gulis & vniuerſæ reipublicæ, quæ à me adinuenienda, dummodo poßim, aut ab alijs inuenta in publicum vſum deducenda pe-tant & contendant, in medium pono. Ac id cir-co ſupra alias hæc etiam"lex, quæ eum qui ali-* v l. 34. qui
quem adiurandum adigit, ſe nullo dolo malo, iuſiurãdũ.
neque faceſſẽdi negocij animo, ſed, vt rei cuius De iure-
ambiguitate ratio ipſius æſtuat, veritatem co- iur. ſiue
gnoſcat, iuſiurãdũ exigere, prius iurare iubet: vol. ſiue neceſſ. ff.
quum velut diſperierit, quæ reuiuiſcat digna viſa eſt: Quum enim id decretũ rectè veterori-bus placuiſſet, recẽtiores eius cautionẽ negligẽ-tes, delato" iureiurando, à quo exigitur, hũc id x Lego ὄρκων.
ſubire volunt: qui verò exigit, de eo nihil ſolici-ti ſunt. Statuit igitur noſtra Maieſtas, vt ſecũ-dũ veterum legiſlatorũ decretũ iuramentorum forma ſeruetur: & qui ab aduerſario auferre

Q 2 iuſiu-

ὡρμημένου παρὰ τοῦ διαμφισβητοῦντος ἔρημον μέρους, αὐτὸν πρότερον ὃ ζητεῖ παρασχεῖν τὸν οἰκείων θρέπτων ἐκγεγονὸς, ὡς οὐ κακομηχάνως, ἀλλ' ἀναγκαίως καὶ σὺν ἀπροφασίστῳ χρείᾳ πρὸς τὴν τοιαύτην ἦλθεν ἀπαίτησιν. οἶμαι γὰρ, οὕτως ἀμφοτέρων πρὸς τὸ ὑπομνῦναι καθισταμένων, ἢ πάντως λαμπροτέραν ἐπὶ τῶν ἔργων προϊέναι τὴν ἀλήθειαν, ἢ τούτοις ὑποστολήν τινα δέξασθαι, καὶ οὐχ οὕτως προχείρως καὶ μετὰ προόδου ἑτοιμοτέρας, ὥσπερ νῦν προϊόντες ὁρῶνται, προάγεσθαι.

ΠΕΡΙ ΣΥΝΑΠΤΟΜΕ-νων οἰκετικῶν προσώπων ἐλευθέροις.

Διάταξις ρ.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΥ γνώμης ὄντες οἱ νόμοι γεννήματα, τῇ ἑαυτῶν εὐταξίᾳ καὶ διαθετήσει καὶ περὶ τῶν μὴ πάνυ συχνῶς ἐπιχωριαζόντων ἀνθρώποις ἀμφισβητημάτων προαίρεσιν ποιοῦνται συνεισάγειν βοήθειαν. τοιαύτης δ' ὄντες φιλανθρωπίας, πῶς οὐ πολὺ πλέον εἰκότως περὶ τῶν ἐν βίῳ διὰ παντὸς στρεφομένων τὴν μνήμην ἀναλήψονται; οὐ γὰρ τὸ ἐπιμελὲς περὶ τῶν ἔλαττον λυπούντων

iuſiurandum conatur, quā fidem ex alijs quærit, de moribus ſuis prius ipſe præſtet: quòd nempe non dolo, ſed neceſſario & ineuitabili de cauſa ad deferendum iuſiurādum procedat. Exiſtimo enim, *quum ambo ita ad iurandum adigentur, aut dilucidiorem in iuramentis extituram veritatem, aut hos aliquo modo reprimendos, neque tam promptè alacriq́; greſſu atque nunc progredi videntur, ad deferendum iuſiurandum prodituros.*

DE SERVIS QVI LIBERIS IN MATRIMONIVM CONIVNGVNTVR.

CONSTITVTIO C.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

LEGES, *quia ex benigno iudicio prognatæ ſunt, bona ſua ordinatione & moderamine ijs etiam controuerſijs quæ non admodum crebrò in res humanas incidunt, auxilium ferre inſtituunt. At verò quum tantæ benignitatis ſint, quomodo non longè magis eorum quæ in hominum vita aſſiduè verſantur, curam ſuſcipient? Si enim* "*medicus quiſpiam ijs quæ minus*

" Ex his Græca recte reſtitui poſſe puto.

τῶν εἰς φροντίδα φέρων, τὰ μᾶλλον αὐτῶν τὰ παρέργων, οὐ δὲ τὴν περὶ τοῦ λυποῦντος ἔλαττον ἐπιμέλειαν δέξεσθαι αὐτὴν, τοῦτο προμηθὲς ποιεῖσθαι. διὰ τοῦτο δὴ τῷ τοῦ νόμου ἀξιώματι πλεῖον εἰς συμφέροντα νέμοντες, τὸ μέχρι νῦν ὑπὸ συνηθείας διοικούμενον. φαμὲν δὲ τὸ περὶ τῆς οὐκ ἀνίσου τύχης ἐλευθέρας τε καὶ δουλευούσης, συμφραγνυόντας ἔρωτας, πρὸς συζυγίαν ἁρμόζεσθαι φιλονεικούντων, τοῦ νομίμου περιλήψει ἀποδεχόμενοι καὶ θεσπίζομεν, ἐὰν ἐλευθερίᾳ τιμώμενον πρόσωπον δουλικῆς εἵλετο γάμον τύχης, ὑπὸ δυσὶ τούτοις τὸν γάμον ἔχουσι πράγμασι συνίστασθαι τὴν συνάφειαν. ἢ γὰρ καὶ τὴν ἴσην ἀναλαμβανέτω τύχην ὁ τῷ δουλικῷ προσώπῳ διὰ τὸν ἔρωτα συναπτόμενος, ἢ καταβαλὼν προσομολογείτω τιμήματος, δι' οὗ ἀπολυόμενον τῆς δουλείας τὸ ὑπ' αὐτὸν κατεχόμενον μέρος, τῆς ἐλευθερίας γινέσθω. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ δεινῶς καταβαλὼν, οἷον ἀρραβῶνα τινὰ τοῦ ἀνίσου γάμου, τῆς εἰς κοινωνίαν ὑπαχθέντα δουλικῆς ὁμιλίας. Τοὺς δέ γε δεσπότας ὁρίζομεν μηκέτ' αὐτοὺς ἀφιλανθρωπότερον διατίθεσθαι, ἀλλὰ δηλονότι μὴ προελόμενον τὸ πρόσωπον ὁ τοῦ οἰκετικοῦ μέρους ἥρμοσεν εἰς συνάφειαν, ἔργον εἶναι τοῦ δουλείας τὴν τοῦ δεσπότου ἀποτελοῦντος χρῆσιν, ὡς ἀπ' αὐτῶν τῆς ἐλευθέρας ἀφίεσθαι μετὰ τῶν οἰκείων παίδων, εἴ γε καὶ παῖδας ὁ γάμος αὐτοῖς ἐχαρίσατο. εἰ δὲ μὴ συνίδοιτο δουλεύειν, μήτε τὴν ἀποπλήρωσιν τῆς τιμῆς ἐκ τοῦ ἑτοίμου ῥᾴδιος εἴη παρασχεῖν, τῆς μὲν ἐλευθερίας κατὰ βίαν οὐ ζημιωθήσεται, ἐντεῦθεν δὲ παρὰ τῷ αὐτῷ δεσπότῃ, ἐφ' ἑκάστῳ ἔτει τοῦ μισθοῦ δύο λογιζομένου νομίσμασι, διαρκέσει τοσούτοις ὑπηρετῶν χρόνοις, ὅσοι τὴν ὁμολογηθεῖσαν τιμὴν συγκεφαλαιούμενοι, μέλλουσιν ἀποπληρῶσαι τῷ δεσπό-

*angunt curam adhibeat, quæ verò magis angunt negligat: id quod minus angit, non per peritiam & prudentiam curare videatur? Eapropter legum dignitati plus maieſtatis attribuentes, quod hactenus ex conſuetudine diiudicatum eſt, de ijs *nempe qui ex inæquali fortuna (libera videlicet & ſeruili) amore inſtigante in matrimonium coniungi contendunt, in legem includimus: ac ſancimus, vt ſi homo liber ſeruilis perſonæ nuptias ſectetur, ſub duplici hac conditione matrimonium ineatur, vt is aut æqualem cum ſeruili perſona, cui per amorem aſſociatur, fortunam ſuſcipiat, aut precium, quo illa ſeruitute liberata in libertatē perueniat, ſoluere promittat. Atque hoc quidē, tanquam inæqualis matrimonij arrhā quandam, eum qui conſuetudinis ſocietatem cum ſeruili perſona init, perſoluere oportebit. Statuimus verò etiam, ne domini hac in re ſe inhumanius gerāt: & ſi perſona quæ ſeruū in matrimoniū delegit, ſeruire ** malit,* vtriuſq; *ſeruitus domini morte terminetur: eaq; vbi inciderit cū liberis, ſi quos ipſis matrimoniū largitū eſt, dimittantur liberi: ſin in ſeruitutē non conſentiat, neq; in prōptu habeat vnde precium plenè perſoluat libertate per vim *** mulctetur: ſed ſeruiens apud eundem dominum, mercede quotannis binis ſolidis æſtimanda, ſeruitutem tot annis daret quot pacto precio in plenam ſummam deducto*

* Conſulc tit. De liberali cauſa.

** Lex πρὸς ἐλευθερίας τῶν προσώπων.

*** L. 2. De liber. cauſa. C.

τὴν τελείως ἀπέχοντα τὴν ὑπὲρ τοῦ δούλου λῆψιν, καὶ μηκέτι σύλλογον ἔτι πρὸς τὴν κατοχὴν ἀποφερόμενον.

ΠΕΡΙ ΔΟΥΛΩΝ ΕΝ συντροφίᾳ ὄντων, καὶ τοῦ ἑνὸς μέρους ἐλευθερωθέντος.

Διάταξις ρα.

ΟΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥΛΙΑΝῼ τῷ αὐτῷ.

ΟΥ μόνον ὁ τὴν ἀρχὴν ἐξ ἐλευθερίας καὶ δουλείας γινόμενος γάμος, ἀλλὰ καὶ ὃν οἱ κοινῶς ὑπὸ δουλείαν τελοῦντες καὶ διὰ τύχης ὁμοίας ὑπῆλθον, καὶ οὗτος πολλάκις ἑνὸς αὐτῶν, εἰ οὕτω τύχῃ, παρὰ τοῦ δεσπότου λυθέντος, δουλείας τοῦ ἑτέρου μέρους τοῦ δεσμοῦ μὴ συναπολυθέντος, ὡς ἀνισόστατα καθιστάμενος, ἐκ τοιαύτης αἰτίας, οὐκ ὀλίγης ἀμφιβολίας καὶ ζητήσεως, ἐκ τοῦ μὴ τυχεῖν νομικῆς διακρίσεως, ἔχειν ἀνακινῶν καθορᾶται. ὀφειλόμενον οὖν καὶ τοῦτο νομισθὲν τῷ ἡμετέρῳ κράτει τῆς προσηκούσης τυχεῖν διαλύσεως, τὸν δι' οὗ ῥυθμισθήσεται νόμον ἀπείληφε. τί δὲ τὸ νομοθετούμενον; Κελεύομεν τὸ τῆς δουλείας ἀπηλλαγμένον μέρος, αὖ τὴν πρὸς τὸ καταλειφθὲν δουλεῦον συνάφειαν ἀγαπᾷ, κατὰ τὸν νενομοθετημένον τύπον ἐπὶ τῆς ἐξ ἐλευθε-

ρίας

dominum ſatis pro ſeruo accepiſſe, neque iuſtam cauſam ad detinendum amplius habere, ſunt oſtenſuri.

DE SERVIS CONIVGIBVS, SI ALTER ILLORVM LIBERTATE donetur.

CONSTITVTIO CI.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

NON *ſolùm quod inter perſonã liberã & ſeruilem ab initio cõtrahitur matrimoniũ, ſed quod cõmuniter in ſeruitute degentes in pari fortuna contraxerunt, hoc etiã, altero illorũ fortè à domino libertate donato, altero verò in ſeruitute retento, ad inæqualitatem redactũ, ex iſtiuſmodi cauſa valde contentioſas ambiguitates & quæſtiones, eo quòd lege dijudicatum non ſit, perſæpe exſuſcitare conſpicitur. Quum itaq; hoc quoq; à noſtra Maieſtate lege conceptum, cõuenienter diſtingui deberet, hãc per quam rectè dijudicetur legẽ accepit. At verò quæ illa lex? Iubemus, vt ſi ſeruitute liberata perſona, cõiunctioni eius quæ in ſeruitute relicta eſt acquieſcat, ſecundũ for-*

ρίας καὶ δουλείας συναρμοζομένων, τὸ συνοικέσιον ἀδιάῤῥηκτον ἔχειν. δεῖ γὰρ ἣ τῆς διδομένης ἐλευθερίας αὐτῇ μὴ ἀντιποιεῖσθαι, ἀλλ' ἐξ ἴσου τὸ δούλειον ὑπερβεβηκέναι ζυγὸν τῷ ἑτέρῳ μέρει, ἄχρις ἂν ἡ τέλειος ἡμέρα τοῦ βίου συναντήσῃ τῷ τὴν κυριέτητα λαχόντι τοῦ μὴ ἀρνουμένου τῆς δουλείας προσώπου· ἢ, κἂν παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς ἐλευθερίας οὐκ ἀπεδέχετο, τὴν ὑπὲρ τοῦ συζύγου μέρους ὁμολογήσει τιμὴν συντελέσασθαι. εἰ δὲ τοῦτο μὲν ὀπίσω ῥίψει φροντίδος, ἀφορμὴν δὲ τὸ οἰκεῖον ποιούμενος αὔτεον, πρὸς τὸ οἰκεῖον σχῆμα τοῦ βίου ἀναρπάζειν παραθέλει τὸ καταλειφθὲν εἰς δουλείαν μέρος, μὴ μόνον ἐκ τῆς αὐθαδείας ταύτης μηδὲν ἐξανύειν, μηδ' ἰσχὺν ἔχειν ἐλευθερίαν ἑτέρῳ χαρίζεσθαι· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκείνου ἧς ἔλαβε ἐκπίπτειν τιμῆς, καὶ πάλιν ὑποκύπτειν τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας, ἅτε δὴ γνώμῃ περιυβρίσαντα μοχθηρᾷ τὴν χρηστὴν καὶ εὐεργέτιδα τοῦ ἰδίου δεσπότου προαίρεσιν, καὶ τὴν ἐκείνου κρίσιν ἀπονεμηθέντα παρὰ φαῦλον ποιήσασθαι, ἣν ἐχρῆν δι' αἰδοῦς ἄγειν καὶ εὐλαβείας.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΘΑΛΑΣσίων χωρίων πρὸς ἐποχῆς κατάστασιν ἀνὰ μέρος μὴ ἀρκούντων, καὶ ἄκοντα τὸν μὴ θέλοντα ἄγεσθαι.

Διάταξις ρβ'.

mam " *de perſonis liberis & ſeruilibus matrimonio coniungendis lege comprehēſam, matrimonium indiſruptum maneat. Oportet enim, vt aut datam ſibi libertatem non vſurpet, & æqualiter cū altera libertate non donata ſeruitutis iugū ſubeat, donec extremus vitæ dies domino obueniat: aut, ſi quidē libertatis dignitatem exuere nolit, pro adiuncta ſibi perſona precium ſe ſoluturā promittat. Cæterùm ſi hoc negliget, & ex libertate ſua occaſione arrepta, in ſeruitute relictam perſonā in ſuæ vitæ ſtatū abripere conetur, non ſolùm non hac arrogantia quicquam efficiat, neq; alteri libertatē donandi poteſtatem habeat: verumetiam ipſa quam libertatem nacta eſt, hac excidat, rurſumq; ſeruitutis iugo collum ſubdat: vtpote quæ ingrato animo benignæ domini ſui ac beneficæ voluntati iniuriam intulerit, eiuſq; iudicium, quod reuereri & venerari debebat, tanquam per rebellionem contemnere cogitarit.* " Cōſt. proximè præcedente.

DE PRAEDIIS MARITIMIS AD REMORAS PISCATORIAS conſtituendas ſeorſum non ſufficientibus: & , vt inuitus etiam ad ſocietatem adigatur.

CONSTITVTIO CII.

Idem

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Μέγα τῷ βίῳ χαρίζεται ἡ σὺν φρονήματι καὶ λογισμῷ τῶν πραγμάτων κοινώνησις. καὶ γὰρ καὶ δυνάμεως τινὶ παρούσης, ἐκ τοῦ κοινωνεῖν ἑτέρῳ παραπλησίως εὐποροῦντι δυνάμεως μᾶλλον ὀνησιμωτέρα καθέστηκεν ἡ δύναμις. καὶ πλουτοῦντες δὲ ῥᾷον ἄλλον τὸν πλοῦτον κοινοποιήσαντες, γλυκύτερον ἔτι ἀπὸ τοῦ πλουτεῖν ἀπολαύουσιν συμπαθείαις· καὶ στενοχωρούσης πενίας, οὐκ ἀπορήσει παραμύθιον εὑρεῖν ὁ ἐν τοῖς ἔργοις κοινώτης, δι' οὗ τὸ σφοδρὸν ἀλυπότερον εἴη τῆς στενοχωρίας. ἀλλ' ἐν τῷ οὕτω καλοῦ καὶ χρησίμου τοῦ κατὰ βίον κοινωνήματος, ξένη τις ἐνδεδεμένη κακία ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς, ὃ μόνον ἑτέροις ἐμπόδιον καθίσταται πρὸς ὠφέλειαν, ἀλλ' αἱρεῖσθαι πείθει τοὺς ἔχοντας αὐτὴν, ἀγαπᾶν καὶ τὰ οἰκεῖα καταβλάπτεσθαι, ἢ συγχωρεῖν, ἐν τῷ κοινωνῆσαι τοῖς πλησίον, προστιθέναι τι κέρδος αὐτοῖς. Τοιοῦτόν τι προσῆλθε ταῖς ἡμῶν ἀκοαῖς γινόμενον ὑπ' ἐνίων, οἳ θαλαττίας νομῆς εὐποροῦντες, καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐ μέγα τι φέρειν κέρδος δυναμένης, σὺν δὲ τῇ γείτονι καὶ προσπαρακειμένῃ κοινωνούσης, μᾶλλον τὴν ὠφέλειαν ἀποδιδούσης, οὐ βούλονται, διὰ τὸ κακόγνωμον, ἀναδέχεσθαι κοινωνίαν, οὐδὲ τὰ ἑαυτῶν καταμιγνύειν τοῖς γειτονοῦσι χωρίοις, ὡς ἂν ἀμφοτέροις ὑπάρξῃ τι κέρδους· ἀλλὰ προκρίνουσι καὶ τὰ ἴδια

ζημι

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

MVLTA "*cumulatim bona mortalium vitæ confert prudenter & cum ratione inſtituta rerũ cõmunio. Etenim qui viribus valet, ſi cum altero, qui ſimiliter viribus valeat, communicet, longè præſtantiores atque vtiliores eius vires fuerint: & diuites, ſi diuitias communes faciant, maiorem ex diuitijs voluptatem capiant: denique ſi paupertas premat, operarum communio conſolatione, qua paupertatis acerbitas mitigetur, non indigebit. Verùm quum adeò commoda atque vtilis in communi vita communio & ſocietas ſit, mirabilis quædam hominum animos ſubiens prauitas, nedum alijs ad vtilitatem impedimento eſt, verumetiam qui ipſam fouent, vt rebus ſuis noceri, quàm vt inita cum vicinis ſocietate ipſis aliquid lucri accedat, permittere malint perſuadet. Ac tale quiddam certè de nonnullis audiuimus, qui quum maritima prædia habeant, quæ per ſe non ita multum lucri adferant, cum vicino autem & adiacente prædio communicatione coniuncta, vberiorem vtilitatem reddant: ſocietatem inire, neque illa cũ vicinis prædijs commiſcere (qua ratione ambo aliquid lucrari poſſent) per malignitatem nolunt: ſed contrà, ſeipſos etiam damno affi-*

" Recurre adcõſt.57.

cere

ζημιοῦν, εἰ καὶ τῷ γείτονι παρέχοιεν ἔλασσον ἐπιζήμιοι. Ἀλλὰ γὰρ, εἰ καὶ πρὸς τὴν ἑαυτῶν βλάβην ἀναισθήτως οἱ τοιοῦτοι διάκεινται, καὶ κακῶς ἑαυτοὺς διατιθέντες, ὑπὸ κακοφροσύνης ἐπιχειροῦσι τῷ πράγματι, ὥσπερ τὰ χαλεπὰ τῶν θηρίων, πρὸς τὸ κακῶς παθεῖν ὁρμῶντες, ἵνα κακοποιήσωσι τοὺς πελάζοντας· ὅμως οὐκ ἀνέχεται τοιαύτην κακίαν ἡ βασιλεία ἡμῶν τῷ βίῳ παρρησιάζεσθαι, οὐδ᾽ ὅτι ἐκεῖνοι προνοίας ὠφελείας αὐτοὺς ἀνάξιοι τυχεῖν, διὰ τοῦτο καταλείψομεν ἀβοηθήτους· μέρος δέ τι καὶ ὑπὲρ αὐτῶν μὲν προνοούμενοι, μάλιστα δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ γειτονιῶντος μέρους, ὃ λυμαίνεται κακῶς ἡ τοιαύτη μισανθρωπία, θεσπίζομεν, ἐπὶ τῶν τοιούτων παρεξαλλαξίων χωρίων, ἐφ᾽ ὧν ἰδίᾳ ἑκάστῳ μοῖρα πρὸς ἀρχῆς οὐκ ἐξαρκεῖ κατάστασιν, ἀνακοινοῦσθαι τὰ μέρη· ὥστε διὰ τῆς τοιαύτης ἀνακοινώσεως τοὺς κτήτορας ἐκ τῶν οἰκείων καὶ ὠφελεῖσθαι κτημάτων, καὶ, μὴ βουλομένου θατέρου κοινωνεῖν προσώπου, πρὸς τὴν κοινωνίαν ἄκοντος συνωθουμένου. φιλάνθρωπον γὰρ καὶ ἄκοντά τινα μεταλαχεῖν ἴσμεν εὐεργεσίας· ἐνταῦθα δὲ πολὺ μείζων ἡ φιλανθρωπία, μὴ μόνον ἄκοντος εὐεργετουμένου τοῦ μὴ συνιέντος τῆς εὐεργεσίας, ἀλλὰ καὶ τοῦ παρ᾽ ὀλίγον αὐτῆς ἀποστερουμένου, μὴ τὴν ἀποστέρησιν ὑπομένοντος.

Περὶ

cere malunt, dummodo vicino nocumento ſint. Verumenimuerò tametſi damnum ſuum tales agnoſcere nolint, ſuaq́; malè adminiſtrantes, vtilitatem per improbitatem negligant, tanquam immanes belluæ, vt propinquos lædant, in ſua vulnera proruentes: non tamen iſtiuſmodi malignitatem in communi vita Imperatoria noſtra maieſtas inſoleſcere patitur: neque quia illi vtili cura digni non ſunt, auxilio vacuos relicturi ſumus. Quare ex parte aliqua ipſis, præcipuè verò vicino, quem iſta inhumanitas malè torquet, proſpicientes, ſancimus, vt ſi iſtiuſmodi prædia mare verſus non adeò ſingula lata ſint, vt ſepti remoratorij conſtituendi ius habeant, eius iuris conſequendi cauſa communione coniungantur: quò per iſtiuſmodi communionem domini ex ſuis poſſeſsionibus vtilitatem ſentire poßint: & , ſi dominorum alter communionem facere nolit, ad illam inuitus etiam compellatur. Quum enim quamuis inuitus aliquis beneficij particeps fit, id benignitatem etiam eſſe perſuaſum habemus. Hic autem longè maior ſe exerit benignitas, vbi non ſolùm qui beneficium non agnoſcit, illo tamen afficitur: verumetiam qui illo iniquè priuabatur, id ſentit & percipit.

D E.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΘΑΛΑΣσίοις νομαῖς ποιουμένων κοινωνίαν, πρὸς ἐποχῆς ὑπόστασιν.

Διάταξις ρβ.

ΕΙΩΘΕ μὲν, ἐπὶ τῶν γινομένων κοινωνημάτων, πολλάκις ὁ τὸ πλεῖον μέρος ἐν τῇ κοινωνίᾳ συνεισφέρων, τὸ πλεῖον τοῦ κέρδους κομίζεσθαι· καὶ καλῶς εἴ γε αὖ οὕτως ἀρέσκον ὀφθῇ, τὸ πρᾶγμα γίνεται. πλὴν οὐ δὴ διὰ τοῦτο καλῶς, ἐπὶ τῶν θαλαττίων χωρίων κοινωνίας γεγενημένης, ὁ τὸ πλεῖστον ἔχων ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίῳ, τοῦ τὸ ἔλαττον ἔχοντος δίκαιος ἀποφέρεσθαι μείζονα κέρδους ἀπόλαυσιν. οἷον, εἰ τῷ μὲν ἑκατὸν εἶεν ὀργυιαὶ, κατ' ἰδίαν οὐσίαν καὶ κτῆσιν διαφέρουσαι, τῷ δὲ μὴ τοσαῦται, πολὺ δὲ ἐλάττους, καὶ ταύτας ἡ κοινωνία πρὸς ἕνωσιν καταστήσασα, τὴν ἑκάστῳ ὠφέλειαν χορηγοῖ· δεῖ ἴσον τοῖς κοινωνοῖς εὔλογον νέμεσθαι τὴν πρόσοδον, ἀλλ' οὐχὶ πλείστῳ μέρει τὴν διανομὴν καὶ ἐλαχίστῳ προσήκεσθαι. διὰ τί; ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πράγμασι (φημὶ δὲ ἐν συνεισφορᾷ χρημάτων, ἢ βοσκημάτων, εἰ βούλοιτο δέ τις, καὶ τόπων κατὰ τὴν γῆν ὑπόντων) ἑκάστῳ τῶν εἰς ἕνωσιν μερῶν συνόντος ἱκανὸν καθ' ἑαυτὸ προσωφελῆσαι τὸν κεκτημένον, ὁπόσον καὶ δυνατὸν ὠφελεῖσθαι· ἐν δὲ ταῖς θαλαττίαις νομαῖς οὐχ ὁμοίως ἔχει. ἐπεὶ μηδὲ ὥσπερ ἐπ' ἐκείνων, οὕτως ἡ θαλαττία μερὶς

ἐφ'

DE IIS QVI DE MARITIMIS PRAEDIIS AD CONSTItuendas remoras piſcatorias ſocietatem incunt.

CONSTITVTIO CIII.

IN ſocietatibus vſitatum eſt, vt ferè qui plus contulit, idem plus lucri ſentiat. Et rectè ſanè negotium inſtituunt, inter quos ita conuenit. Veruntamen de maritimis prædijs ſocietate inita, non ideo rectè, cuius prædium latius eſt, eo cuius arctius eſt, maius lucrum auferat. Exempli gratia, huius prædium centum paſſus latũ ſit, illius verò longè anguſtius, ſi hæc coniungens communio inde vtilitatem ſuppeditet, vt æqualiter, non autem ſecundum cuiuſq; portionem, prouentus inter ſocios diuidatur, rationi conſentaneum eſt. Quid ita? Quia in alijs negotijs (in collatione pecuniarum nempe, aut pecorum, aut etiam, ſi quis ita velit, terreſtrium locorum) 1 vnaquæque res quæ in communionem 2 coijt, per ſe domino, quantum eius natura fert, vtilis eſſe poßit: in maritimis verò prædijs id ſimiliter ſe non habeat. Nam non quemadmodum illa, ſic quoque maritimi iuris

1 Lego ἕκαστον.

2 Lego συνίησιν.

R

ἐφ' ἑαυτῆς ἐπιμεριζόμενον τὸ ἴδιον ἔχει κέρδος. οὐ γὰρ διὰ παντὸς ἔστηκεν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἡ ἄγρα προσμένουσα τοὺς θηρευτάς· ἄλλως τε δὲ καὶ τοῦ δοκοῦντος πλείονος μέρους, διὰ τὴν ἐλάττονα ἔνδειαν ἀχρήστου τυγχάνοντος. τίς γὰρ δὴ ἀπολαῦσις χρήσεως ἢ ὄνησις; ἡ δὲ προσθήκη τοῦ ἐλάττονος, καὶ ἀναπλήρωσις γινομένη τῆς ἀτελείας, καὶ χρήσιμον δείξασα τὸ μὴ καθ' ἑαυτὸ χρησιμεῦον, εὔλογος ἂν εἴη τὴν ἰσομοιρίαν τῷ κτήτορι χορηγεῖν τῆς ἐπιτυγχανούσης χορηγίας, ἐκ τοῦ μείζονος μὲν νομιζομένου μέρους, οὐδὲν δὲ συντελοῦντος χωρὶς τῆς συνεισφορᾶς τοῦ ἐλάττονος. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ νόμον ἡ βασιλεία ἡμῶν ἐκφέρει τὸν ἀπό γε τοῦ νῦν νομίμῃ δικαιοσύνῃ περὶ τούτου διαθεσπιοῦντα· καὶ ὁρίζομεν, ἐὰν δύο τινῶν θαλαττίων μερίδων ἕνωσις γένηται πρὸς ἀνάστασιν ἐποχῆς, μία δὲ αὐτῶν ἡ μείζων, ἑτέρα δὲ ἐλάττων, ἴσῃ διανομῇ τὸ κέρδος ἐπέχειν τοὺς μερίδος ἑκατέρας δεσπόζοντας.

ΠΕΡΙ ΕΠΟΧΩΝ ΜΗ ἐχουσῶν τὸ ἐκ τοῦ νόμου διάμετρον.

Διάταξις ρδ'.

portio " *in ſe conſiderata, peculiare lucrum habet. Non enim præda ibidem ſemper loci conſiſtit, tanquam venatores expectans. Alioqui verò, etiam quòd maior portio, propter* " *minoris defectum inutilis ſit. Quis enim ex re imperfecta vſus aut vtilitas? Additio autem minoris quum imperfectionem expleat, quodq; per ſe ad nihil conducat, vtile reddat,* " *rationi conſentaneum ſit, vt vtilitatis ex maiore portione, quæ citra acceßionem minoris nihil emolumenti adferat, prouenientis æqualem partem domino ſuppeditet. Propterea igitur legem etiam quæ deinceps iuſtè hoc gubernet, Imperatoria noſtra maieſtas profert. Statuimus verò, vt ſi duarum maritimarum portionum, quarum altera maior, altera verò minor ſit, ad conſtituendas remoras piſcatorias in communionem coniunctio fiat, vtriuſq; portionis domini ex æquo inter ſe lucrum diuidant.*

" Lego ἰστι νεμιζόμε-να.

" Lego ἰ-λάττονος.

" Malim εὔλογος.

DE PISCATORIIS REMORIS INTER QVAS LEGITIMUM intertitium non eſt.

CONSTITVTIO CIIII.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥ λιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ἐπειδὴ ἐν ταῖς γείτοσιν ἐποχαῖς συμβαίνει πολλάκις. ὡς τῆς ἐκ τῶν γειτόνων ἀποστάσεως μὴ τὸ νενομισμένον σωζούσης μέτρον, κινεῖσθαι φιλονεικίας καὶ ἔριδας· ὁρίζομεν καὶ περὶ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων, ὥστε τὸ διωκόμενον μέρος, ἐπειδὰν νομίμως ἁλίσκηται, παρούσης μὲν εὐπορίας τόπου, ποιεῖσθαι τῆς ἐποχῆς ἀναμφιβόλως τὴν μετάστασιν, ἔνθα μὴ μέλλοι γραφὴν ὑπομένειν ὡς παρορῶν τὸ τοῦ νόμου διόρισμα· μὴ παρούσης δὲ χώρας ἐφ᾽ ἣν μεταστήσεται, τῶν χρόνων ἐπιτηρεῖσθαι τὴν πάροδον, ὅσοις ἐπὶ τοῦ τόπου τοῦ ὑπ᾽ ἔγκλημα πίπτοντος ἐσχήκασιν ἡ ἐποχὴ τὴν πῆξιν. κἂν μὲν ἐπιδημοῦντος τοῦ διώκοντος, καὶ μηδὲν ἐπιμαρτυρομένου, ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τὴν στάσιν ἐκέκτητο, διαμένειν αὐτὴν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἀμετακίνητον χώρας. εἰ δ᾽ ἀπεδήμει ἢ τὸ τὴν ἔγκλησιν ὑποβαλλόμενον πρόσωπον, οὐκ ἔτι ἀρκεῖσθαι πρὸς τὸ ἀμετακίνητον ὁ δεκαετὴς χρόνος, ἀλλὰ δεήσει καὶ τοσοῦτον ἕτερον προσεξαριθμεῖσθαι, ὡς εἶναι τοὺς σύμπαντας εἴκοσι χρόνους. ἀλλ᾽ οὗτος μὲν ὁ διορισμὸς ἐπὶ προσώπων ἰδιωτευόντων. ἐκκλησίαι δὲ καὶ μοναστήρια, καὶ εἴ τις ἄλλος εὐαγὴς οἶκος, καὶ ὅσα πρὸς τὸ δημόσιον ἀναφέρεται, τῶν ῥηθέντων παρελθόντων χρόνων, μέχρι τεσσαρακονταετίας τῶν δικαίων αὐτοῖς διασωζομένων. οὕτω δὲ περὶ τῆς ἐπαρχικῆς ἀποθησαυρίζοντες στάσεως, ἔσται διὰ χρόνων παραδρομὴν τὸ ἀκίνητον ἕξουσι, κἂν δυνάμενον τοῦ προθυρίου κύριος μὴ στερεῖσθαι τὴν ἔγκλησιν ποιούμενον, κἂν μὴ τὸ πρῶτος ἴσχει καθόπερ τῆς ἐνδείξεως, διὰ τὴν ἀναφαιρέσαν τοῦ χρόνου αἰτίασιν.

Idem IMPERATOR eidem Styliano.

QVANDOQVIDEM *ſæpe vſuuenit, vt quũ legitimo interuallo vicinæ inter ſe remoræ piſcatoriæ non diſtent, contẽtiones atq; lites exſuſcitentur: de ijs etiã cõtrouerſijs ſtatuimus, vt reus vbi legitimè conuictus fuerit, ſi loci ſpaciũ patiatur, eò remoras transferat, vbi tanquam legis præſcriptum deſpiciat, litem ſubiturus nõ eſt: ſi verò quò transferat locus nõ ſit, annorũ curriculum obſeruetur, quot in litigioſo loco remorarũ ſeptum fixum fuerit: & ſi actore præſente, nullamq; proteſtationem interponente decẽ annos conſtiterit, immotum eodem in loco permaneat: at ſi actor peregrè ſit, vt ſeptum non moueatur, decennium nõ ſufficiat, ſed alterum annumerari oporteat, vt anni omnes viginti ſint. Atq; hoc quidem præſcriptum in prophanis obtineat. Eccleſiæ verò & monaſteria, & ſi qua alia venerabilis domus, tum deniq; quæcunque ad fiſcum referuntur, quum ipſis ad annum quadrageſimum iura conſeruentur, dictũ tempus deſpicient. Ac ſic quidem de remorarum *ſtatione, quæ propter temporis longitudinem moueri nõ poßint ſancientes, iubemus, ne actor maritimæ oræ emolumento priuetur: tametſi quod tempus elapſum ſit, obtinere ** litem non potuerit.*

* Lego τῶν ἐποχικῶν, & mox ςάσεων. ** quicquid pro καθάπερ repones, omitti poterit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΑΝ ΑΡ-χων τὶς ἀλῷ δημοσίων πραγμάτων κλέπτης.

Διάταξις ρε.

ΚΑΛΟΝ ἡ ἐκ τῶν νόμων ἐπαγομένη τιμωρία καὶ κόλασις, ὅτι σωφρονίζει τὸ ἄτακτον, καὶ ἄκοντας ἀποστέλλει τῆς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ῥύμης τοὺς προπετεῖς ἐπὶ κακίαν. καλὸν δὲ ὅτι τὴν προσήκουσαν τοῖς νόμοις σώζει φιλανθρωπίαν ἡ κόλασις, καὶ μὴ ταύτης ἱλαουμένης διελέγχεται, μηδὲ περιφέρει τοῦ σωφρονίζειν ὠμοτάτην ἐπιδεικνύει προαίρεσιν· ἐπεὶ καὶ πατὴρ, ἕως μὲν φιλανθρώπως κολάζει πταίσαντα τὸν παῖδα καὶ τῆς προμηθείας ἐπαινετὸς καὶ τῆς κολάσεως· ἐπειδὰν δὲ τῆς πρεπούσης παρὰ γνώμης ἐκπίπτῃ, οὐ κατὰ λόγον πατρικῆς φιλανθρωπίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ χαλεπωτάτου τρόπου τὴν ποινὴν ἐπιτίθησι τῷ παιδίῳ, οὔτε πατρικῶς παιδεύει, καὶ πρὸς ἀποδοχὴν οὐδὲ ὅλως ἐστὶ τοῦ χαλεποῦ τρόπου. εἰ δὴ πατέρες οἱ νόμοι σὺν ἀληθείᾳ τυγχάνουσιν (ὥσπερ δὴ καὶ τυγχάνουσι) πάντας ἀκόλουθον κατὰ λόγον τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τὰς ποινὰς ὁρίζειν, ἀλλὰ μὴ βίαιόν τινα καὶ πολὺ βαρυτέραν τοῦ πταίσματος ἐπιφορτίζειν τὴν τιμωρίαν. τοῦ γὰρ νομίμου παιδαγωγίας, πῶς δὲ τὸ κρίνειν ἰσχυρῶς, τὸ τιμωρεῖσθαι θανάτῳ τὸν μὴ θανάτου τινὶ οὐδ' ἐζημιωμένον ἀκριτέον; καὶ ἰατρῶν μὲν παῖδες

οὐκ

SI MAGISTRATVS ALIQVIS RES FISCALES FVRAtus eſſe deprehenſus ſit.

CONSTITVTIO CV.

LAVDABILIS *res eſt legitima caſtigatio & pœna; quòd incompoſita emendet: & ad mala propenſos, ne in illa proruant, vel inuitos reſtringat.* Laudabilis eſt (inquam) *quando legibus conuenientem ſeruat clementiam, neque hanc excedere argui poteſt, neque verò caſtigandi prætextu crudeliorem ſe exhibet. Quando & pater, donec benignè delinquentem filium caſtigat, ſimul prudentiæ, ſimul caſtigationis nomine laudandus eſt: vbi verò, paterno affectu abiecto, non vt patrem decet, ſed atrocem in modum pœnam filio infligit, non paterno more caſtigat, neque quiſquam "atrocitatem approbat.* Ac *ſanè ſi leges reuera reipublicæ parentes ſunt (quemadmodum ſunt profectò) requiritur omnino, vt pro ratione delictorũ pœnas etiam conſtituant: nequaquam verò immanem aliquam, multóque quàm pro delicti modo grauiorem pœnam imponant.* Nam *quomodo id legitimæ eſt correptionis, quomodo inde manãtis medicationis, ſi qui cuiquam mortem intuliſſe cõuictus non ſit, morte puniatur?* Medici

" Mutari necne ὠμότης ἴσως debeat, videat cui vacat: mihi ſenſum expreſsiſſe ſatis eſt.

οὐκ ἀποτόμως τὴν τῶν μελῶν ἐπιψηφίζοντα το-
μὴν ὁ νόμος ἐστὶ, ὁ συμπάθειαν ἀσυγκρίτως ἐπαγ-
γελλόμενος κρείττονα τῆς ἰατρικῆς συμπαθείας
(εἴ γε τῆς μὲν περὶ τὰ σώματα τῆς εὐεργεσίας ὁ σκο-
πὸς, νόμοι δέ εἰσιν τῇ ψυχῇ καὶ τοῖς σώμασι διαλέξα-
σι τὰς εὐεργεσίας) τοσαύτην ἀποτομίαν κατὰ
τῶν οὓς προαιροῦνται θεραπεύειν ἐπιδείξονται;
Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ὁ θάνατον ἐπιψηφι-
ζόμενος νόμος κατὰ τοῦ κλοπῇ δημοσίων πρα-
γμάτων ἄρχοντος ἁλόντος, καὶ οὐ κατ' αὐτοῦ μό-
νον, ἀλλὰ καὶ εἴ τινες αὐτῷ κοινωνοὶ γεγόνασιν, ὡς
οὐ φιλάνθρωπος καὶ νομικῆς γνώμης ὑπάρχων,
ἤρεσε τῷ ἡμετέρῳ κράτει ὥστε μηκέτι νομίμοις
αὐτὸν συμπολιτεύεσθαι διατάξεσι, μηδὲ χρημα-
τίζειν ὅλως, ἀλλ' ἀπολίτευτον ἀπερρίφθαι καὶ ἄ-
χρηστον, δίκην ἀπό γε τοῦ νῦν τῶν τοιούτων ἀρχόν-
των ἀντὶ τῆς δημοσίου κλοπῆς ἀπαιτουμένων τὴν
ἔκπτωσιν τῆς ἀρχῆς, καὶ τὴν εἰς τὸ διπλάσιον ἀν-
τέκτισιν ὧν ὑφείλοντο· καὶ τῶν ἐπὶ τούτων κοινω-
νησάντων, εὐπόρων μὲν ὄντων, πρὸς τὴν αὐτὴν ὑ-
παγομένων ζημίαν, ἀπόρων δὲ, μάστιξιν αἰκιζο-
μένων, καὶ ἀτίμῳ κουρείᾳ, καὶ φυγαῖς ὑπερορίοις.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΑΣ ΑΠΟ-ρους γυναῖκας, καὶ προῖκα μὴ εἰσενηνεγ-κυίας, καὶ περὶ τοῦ λαμβάνειν παιδὸς μοῖραν αὐτάς.

Διάταξις ρϛ.

ſanè quidē non præciſè integra membra ſecari iubent, & lex quū medicorū cōmiſeratione infinito maiorē præ ſe ferat cōmiſerationem (ſiquidem corpora tantūmodo ſpectat medicinæ beneficium, leges verò tam animo quàm corpori beneficia præſtant) tantā crudelitatem in eos quibus mederi vult" exeret? Hæc itaq; quū hūc ad modum ſeſe habeant, placuit noſtræ Maieſtati, vti quæ "lex mortem decernit in magiſtratum qui res fiſcales furatus eſſe deprehēſus ſit, neq; verò in hunc ſolum, ſed in illos etiam qui hac in re illi ſocij fuerint: hæc tanquam ab humano legaliq; ingenio aliena, non amplius in legalibus conſtitutionibus locum habeat, neque nominetur quidem, & velut ſuperuacanea extra rempub. proijciatur. Dehinc verò iſtiuſmodi magiſtratus pro fiſcalis rei furto dignitate expellantur: quæq; ſurripuerint, hæc in duplū dependant. Qui autem " in hoc communicarunt, ſi diuites ſint, eidem pœnæ ſubdantur: ſin pauperes, flagris caſi, ignominioſeq; tonſi exulare iubeantur.

" Orationis ratio προαιρεῖται & ἐπιδείξεται poſtulat.

" Vide tit. de crim. pecul. C.

" Lego ἐπὶ ταύτης.

DE INDOTATIS MVLIERIBVS, QVANTVM MARITIS MORtuis ex ipſorum bonis lucrentur.

CONSTITVTIO CVI.

ΠΡΑΓΜΑ παράλογόν πως δοκοῦν, καὶ τῷ δικαίῳ μὴ συγκείμενον, καλῶς ἔχειν ἡμῖν καταφαίνεται εἰς τὴν πρέπουσαν καταστῆσαι τάξιν, νόμον περὶ τούτου διαθεμένοις. τί δὴ οὖν τὸ πρᾶγμα ἐστίν; εἰπεῖν ἀνάγκη. πολλάκις γυναῖκες ἐρῆμαι πλούτου καὶ κτήσεως ἀνδράσιν οἱ πλουτοῦσιν ἁρμόζονται. αὗται, τοῦ γαμέτου λιπόντος τὸν βίον, τὸ ἐκ τῆς ἐκείνου περιουσίας ὀφειλόμενον μέρος (ἔχεται δὲ ἐπὶ μὲν τέσσαρσι παισὶν ὁμώνυμον τοῦ ἀριθμοῦ τούτου μερίς, ἐπὶ δὲ πλείοσι μόνον τέκνου ἴσον) οὐκ εἰς ἀΐδιον ἐξουσίαν, οὐδ' ὥστε περὶ αὐτοῦ κύριον ἔχειν διάταξιν τίθεσθαι, τοῦτο λαμβάνουσι, μόνης δὲ τῆς ἐν τῷ βίῳ χρήσεως, καὶ τοῦ ἐκεῖθεν τῆς ζωῆς τὴν χορηγίαν πορίζεσθαι. καταλιπούσης δὲ τὴν ζωήν, εἰς τοὺς παῖδας ἡ ἐξουσία τοῦ τοιούτου μέρους μεθίσταται, μὴ συγχωρουμένης ἀδείας τῇ γυναικὶ ὡς οἰκείοις ἀποχρήσασθαι πράγμασι, πλὴν εἰ μὴ ἀτεκνία προσῇ, καὶ διὰ τῆς τοιαύτης δυστυχίας εὐτυχήσῃ τὴν τῶν πραγμάτων δεσποτείαν. ὥστε οὐκ οἶδα πότερον εὔξεται ἡ γυνὴ καρπὸν μακαρίας ἰδεῖν, ἢ καταράσεται μὴ φῦναι τοῦτον, ἵν' οὕτως ὀφθῇ κυρία τῆς διαφερούσης μερίδος. Ταύτην δὲ τὴν ἀτοπίαν ἡ βασιλεία ἡμῶν ἐπανορθουμένη, θεσπίζει ἀναφαίρετον ἔχειν τὴν κυριότητα τὴν γυναῖκα τοῦ τοιούτου μέρους, καὶ ὅσον ἐπὶ τούτῳ ἐπιφέρειν ὡς αὐτῇ δόξῃ· μηδενὸς ἄλλου τοῖς παισὶν ὀφειλομένου, πλὴν τοῦ κατὰ τὸ φαλκίδιον αὐτοῖς ἐπιλαγχάνοντος· ὑπολεγέτω μὴν τὸν πρότερον

γάμον

SI rem quæ modo aliquo abſurda, æquitatiq; eſſe diſſentanea apparet, lata de illa lege ad decentem conſtitutionem deducamus, operæprecium nos facturos videmur. At quæ illa tandem eſt? Quòd quæ mulieres inopes (id quod non rarum eſt) locupletibus viris matrimonio iunguntur, hæ illis defunctis prouenientem ex ipſorum bonis portionem ("prouenit autem, ſi pauciores quatuor liberi ſint, cognominis iſti numero portio, quadrans nempe: ſin tot aut plures, quantum quiſq; illorum habet) non in perpetuum dominium, neq; vt de illa teſtari poſſint: ſed ad vitam " in vſumfructum tantummodo, & vt inde vitam ſuſtentent, accipiant: & ipſis mortuis in liberos huius portionis dominium transferatur: neq; illis rebus ſuis vtendi quomodo velint poteſtas concedatur, extraquam ſi nulli liberi ſuperſint, quod infortunium illas rerum dominio beet: vt haud ſciam vtrum mulier ex ſe fructum videre præoptet, an verò ne naſcatur aliquis, quò deuoluendæ ad ipſam portionis domina fiat, execrabunda precetur. Hanc verò abſurditatem Imperatoria noſtra maieſtas corrigens, ſancit, ne iſtius portionis dominium mulieri auferatur, vtique ipſa quomodo viſum ſit de illa ſtatuat, & nihil aliud liberis quàm quod ex Falcidia ipſis competit debeatur: tamen, vt priorum nupt

" Secundũ Nouel. 117. Poſteaquã verò quondã.

" Videtur deeſſe inna.

γάμων ἐπιλελησμένης τῆς μητρὸς, μηδὲ ἐπεισαγωγῇ δευτέρου εἰς τὴν τοῦ πρώτου κοίτην οὐκ ἐν τιμῇ τιθεμένης. ὡς εἴ γε τοῦτο συμβαίνει, πάντως ἐκπεσεῖται τῆς παρ' ἡμῶν διδομένης ἐξουσίας, καὶ οἱ παῖδες τῆς ζωῆς ἤδη τῇ μητρὶ διαλυθείσης τῶν πραγμάτων ἐξουσιάσουσι.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΓΓΡΑΦΕσθαι τοὺς εἰσάγοντας δίκην ἐγκλήματος, ἤτοι τὸν βουλόμενον εἰσιέναι δίκην πρότερον ἐγγράφῳ πίστει.

Διάταξις ρζ.

ΑΡΙΣΤΟΝ ἐστὶ, πᾶν εἴ τι καλὸν καὶ τῷ βίῳ συμφέρον, ἀγήρατον καὶ ἀειθαλὲς διαμένειν, καὶ μηδέποτε τῶν τοιούτων ἀπομαραίνεσθαι τὴν ὠφέλειαν. εἰ δ' ἄρα καὶ συμβῇ (καθάπερ πολλάκις συμβαίνειν φιλεῖ) παραμεληθέντος ἀπορρυῆναι τὸ χρήσιμον, ἀλλὰ τούς γε φροντίδα τῶν ἀνθρωπίνων καλῶν ποιουμένους, προσήκει μὴ καταλιγωρεῖν τῆς ἀποκαταστάσεως τοῦ τὴν ἑαυτοῦ λυσιτέλειαν τῷ βίῳ παρεχομένου. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἡμέτερον κράτος νόμον τινὰ λυσιτελέστατον μὲν τῷ βίῳ, νῦν δ' ὥσπερ γεγηρακότα καὶ πρὸς τὸ ἄχρηστον κινδυνεύσαντα περιστῆναι, εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανάγειν ἰσχὺν, τὸ γῆρας οἷον ἀποξέον τῆς ἀχρηστίας, καὶ ἀνακαινίζον πρὸς τὴν ἀρχῆθεν χρῆσιν,

Digitized by Google

nuptiarum illa non obliuiſcatur, neq; inducto altero marito prioris toro contumeliam inferat. quòd ſi contingat, à nobis attributo dominio prorſus excidet: illaq; fato functa, liberi rerum domini fient.

VT ACTOR ANTE LITIS CONTESTATIONEM PORRECto libello iudici fidem ſuam probet.

CONSTITVTIO CVII.

SI quicquid honeſtũ, vitæq; humanæ vtile eſt, à ſenio liberum ac ſemper vernans permaneret, neque vmquam eius vtilitas deficeret: id verò longè præſtantiſsimum foret. Quamobrem etiam, ſi contingat (vt ſanè perſæpe contingere ſolet) vt eo neglecto vtilitas depereat, quorum curæ communis vitæ bona incumbũt: hi certè, vt ne id quod de ſe multum vtilitatis in commune diffundat, reſtituere negligant, ſanequam conueniens eſt. Eapropter & noſtra Maieſtas legem quandam rebus humanis multo quondam vtiliſsimam, nunc verò velut ſenio confectam, & ne prorſus inutilis fiat periclitantem, ad priſtinum robur reducens, ſenij incommodum quaſi abradit, & ad primitiuum ipſius vſum

χρῆσιν, καὶ τῆς πολιτείας ὠφέλειαν. ὁ μὲν δὴ νόμος περὶ τῶν ὅσοι κινήσεις ἐγκλημάτων προάγουσιν, ὥστε τούτους, πρὶν εἰς τοὺς λόγους ἐλθεῖν τοῦ ζητήματος περὶ τῆς οἰκείας προαιρέσεως ἐγγράφως διαβεβαιώσει πίστιν παρασχεῖν τῷ κριτῇ, ὅτι περ οὔτε δολιεύσεται παρενοχλῆσαι γνώμης, οὔτ᾽ ἐπὶ προλαβούσῃ καταδεδικασμένον ἐξετάσει, ὃ μὴν οὐδὲν νῦν ὠφελεῖ αὐτὸ τοῦτο μνημεῖον ἦν, εἰς τὴν τοῦ δικαίου χώραν εἰσελθεῖν ἔχειν, κακούργως δὲ βουλευομένοις πράγματα παρέχειν τῷ ἀντικρινομένῳ· οὐδέ γε γὰρ τὸ ἀληθὲς διαστρέφειν ψεύδει παράγουσι. ταῦτα μὲν τοῦ νόμου τὰ διορίσματα καὶ καλῶς διωρίζετο, καὶ ταῦτα τῷ παραβαίνοντι ποινὴν ἐπετίθετο. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνηγόρους ὁ ῥηθεὶς ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις ἐδοκίμαζε νόμος. Ἀλλὰ τοῦτον, καθάπερ εἶπον, ὥσπερ ἀπεσβεσμένον, περιεστηκότα εἰς τὸ παντελῶς ἄχρηστον, ἡ βασιλεία ἡμῶν καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἀνακομίζει ῥώμην, καὶ τὴν εἰς τὴν πολιτείαν αὐτοῦ παρρησίαν χαρίζεται, καὶ θεσπίζομεν, ἀπό γε τοῦ παρόντος, τοὺς βουλομένους δίκην εἰσέρχεσθαι, πρὸ τῆς εἰσόδου τὰ ὑπὸ τοῦ νόμου προτιθέναι διοριζόμενα.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΕΤΑ ΤΗΝ πρώτην δήλωσιν μὴ πρὸς τὸ κριτήριον ἀπαντήσαντος.

Διάταξις ρκ.

ΟΥΔΕ

ipſius vſum reiq́; publicæ vtilitatem renouat. Lex "autem de illis qui actionem mouent agit, vt hi priuſquam ad rei diſquiſitionem deueniatur, de ſuo inſtituto iudici fidem faciant, ſcripto complexi, ſe nullo dolo malo aduerſarium inquietare, neque alio iudicio condemnatos eſſe, neque in præſens ſcire ſe nullum ad tribunal aditum habere, & maligno conſilio negocium faceſſere, neque " denique mendacijs veritatem interuertere conaturos eſſe. Atque hæc quidem legis præſcripta ſunt: quæ ſanè rectè ſeſe habent, eáque qui tranſgrederetur, huic pœna infligebatur. Neque verò huic ſoli, ſed cauſſarum etiam patronos iiſdem dicta lex adiudicabat. Itaque hanc (quemadmodum dixi) ceu deperditam, prorſúsque inutilem redditam, Imperatoria noſtra maieſtas tum ad priſtinas vires reducit, tum in rempublicam reditu donat. Ac verò ſancimus, vt qui dehinc in iudicium procedere volent, ante introitum, quæ à lege præſcribuntur exhibeant.

" Hãc legẽ intercidiſſe puto. Conſules interim Nouel. 112. Cæterũ.

" γàρ hic expungo.

DE EO QVI AD PRIMAM DENVNCIATIONEM IVDICIO ſe non ſiſtit.

CONSTITVTIO CVIII.

NEQVE

ΟΥΔΕ τοῦτο τὸ καταπεφρονημένον καὶ διὰ παροράσεως γεγονὸς, καταλειφθῆναι θέμις ἀνεπανόρθωτον, ἀλλ' ἄξιον αὐτὸ τῆς προσηκούσης βοηθείας τυχεῖν, ὡς ἐν τοῖς τοῦ βίου πράγμασι πολλὴν παρεχόμενον τὴν ὠφέλειαν. ἐκεῖνο ὁμοίως καὶ τοῦτο πρὸς καινισμὸν καθιστῶντες, ὥσπερ ἐκεῖνο τὸ μέρος ὁ περὶ τοῦ εἰσιέναι πρὸς δίκην τύπον ἐκφέρει, θεσπίζομεν, τὸν ἅπαξ ὑπὸ δικαστικῆς προσκλήσεως ἐπὶ τὴν κρίσιν κληθέντα, καὶ μήτ' αὐτὸν ὑπακούσαντα, μήθ' ἕτερον πρόσωπον ἀνθ' αὐτοῦ πρὸς τὴν κρίσιν ἀπαντῆσαι διαποστείλαντα, πάλιν δευτέρας ἀξιοῦσθαι κλήσεως· ἀπειθήσαντα δὲ ταύτῃ, μηδὲ τῆς τρίτης ἀνάξιον κρίνεσθαι· καὶ μέχρι τοσούτου τῆς δικαστικῆς ἐπιεικείας αὐτὸν ὑπομενούσης, εἴπερ καταφρονῶν ὀφθῇ καὶ τοῦ τρίτου μέλλοντος, καὶ μηδεμιᾶς εὐλόγου προφάσεως τὴν ἀπάντησιν κωλυούσης, οὔτε δι' ἑαυτοῦ, οὔτε δι' ἑτέρου προσώπου τῷ δικαστικῷ βήματι παραστῇ· τότε δὴ τότε καὶ μὴ παρόντι τὴν καταδικάζουσαν ψῆφον αὐτῷ λαγχάνειν, καὶ μηκέτι ἐξὸν εἶναι καθ' οἱονδή τινα τρόπον μήτ' ἀμφισβητεῖν, μήτε τὴν κατάκρισιν ἀποδύεσθαι. Ταύτην δὲ τὴν ψῆφον ὁρίζομεν ἐφ' ἑκατέρου προσώπου, εἴτε τις προσκληθεὶς καταλιγωρήσει τῆς ἀπαντήσεως, εἴτε τις ἔγκλησιν ποιήσει καὶ τῷ βήματι παραστήσει τὸ διαμφισβητούμενον μέρος, εἶτα μετὰ τὴν προβολὴν τοῦ ἐγκλήματος κακομηχάνως ἀποστῇ, ταλαιπωρίαν ἐν τούτῳ τῷ ἀντικειμένῳ περινοῶν, καὶ ἀναβολὴν τοῦ πέρατος τοῦ ζητήματος. καὶ οὕτως γὰρ παρὰ τοῦ δικαστοῦ προσκαλούμενος

NEQVE *verò hoc, tametſi neglectum hactenus contemptuiq; habitum ſit, incorrectum relinqui fas eſt, potiusq; vt conuenienti auxilio potiatur conuenit: vtpote quod humanis rebus multam de ſe vtilitatem præbeat.* Nos *itaq;, quemadmodum is tractatus qui litem inſtituere* 1 *volentibus formam præſcribit, innouatus eſt, ad conſimilem etiam modum hoc innouantes, ſancimus,* 2 *vt qui ſemel iudiciali citatione in ius vocatus, neq; ipſe paret, neque alium qui pro ipſo in iudicio ſe offerat mittit, iterum iudicij denunciatione impetatur: cui ſi ſimiliter non obtemperet, neq; tertia denunciatione indignus cenſeatur: & ſi quidem, quum tam patienter iudicialis clementia ipſum expectet, ipſe nihilominus tertiam* 3 *citationem contemnens (quum nulla iuſta cauſſa comparitionem eius impediat) neque per ſe, neque per alium iudicio ſiſtat: tunc omnino etiam abſens condemnetur, & nequaquam deinceps vel quæſtionem mouere, vel condemnationem ſubterfugere ipſi permittatur.* Atque *hoc in vtrumq; litigatorem decernimus, ſiue quis in ius vocatus, comparere negligat: ſiue quis actione inſtituta, aduerſarioq; in iudicium producto, deinde ipſi moleſtias protelationesq; litis machinans, ab intenta actione dolo malo deſiſtat.* Etenim *hic quoque, vbi ter à iudice*

1 Lego δίκην βουλομένων, τύπον.

2 Conſule Nou. 112. Porrò quũ omnes.

3 Quomodocunque Græca legi debeãt, hic eorũ ſenſus eſt.

λούμενος ἄχρι τρίτου, καὶ μὴ πειθαρχῶν, κατακεκρίσεται καὶ μὴ παρών· μηδὲ μιᾶς ἄλλης, ὥσπερ εἴπομεν, ἀφορμῆς εἰς δικαίαν ὑπούσης παραίτησιν, ἢ δειχθήσεται ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀπαντήσαντος τὰ εἰκότα διαπολογήσασθαι.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΓΙΝΕσθαι μνηστείαν ἔνδοθεν τῶν ἑπτὰ ἐτῶν, εἴτε ἱερολογίαν ἔνδοθεν τοῦ δεκαετοῦς χρόνου, καὶ τοῦ τρισκαιδεκάτου ἐπὶ γυναικῶν.

Διάταξις ρθ'.

ΤΟΥ σοφοῦ παραινοῦντος, καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι, καὶ δὴ κοινῶς, παρὰ πᾶσιν ὅσοι φρενὸς ἐντυγχάνουσιν, ὑπολήψεως τοῦτο καὶ τιμώσης καὶ συνομολογούσης, καλῶς ἔχει μάλιστα μὲν ἐν πάσῃ πράξει τηρεῖν τὸν καιρὸν, εἰ δ' οὖν ἀλλ' ἔν γε τῇ κατὰ γάμον συναρμοστίᾳ τοῦτον μὴ παρορᾶν. Δεῖ γὰρ, ὅσῳ ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον πράγμασιν ἀναγκαιοτέρα ἡ ἐπιχείρησις, τοσοῦτον μετὰ γνώμης ἀσφαλεστέρας ἐπὶ ταύτην χωρεῖν. Τούτου δὴ ἕνεκεν, κατὰ τοὺς πάλαι καλῶς συνειδότας περὶ τούτου καὶ νόμον θεμένους, ἡμεῖς θεσπίζομεν, μηδαμῶς συνίστασθαι μνηστείαν ἐπὶ χρόνοις ἐλάττοσι τῶν ἑπτὰ, μήτε μὴν ἱερο-

citatus non paruerit, abſens condemnabitur: ita tamen (quemadmodum dixi) ſi nulla cauſſa, quæ illum qui ſe in iudicio non obtulit, veriſimiliter purget, ad iuſtam excuſationem ſubſit.

NE INTRA SEPTIMVM AETATIS ANNVM SPONSALIA ineantur, neque ante decimumquintum maribus, aut decimumtertium fœminis matrimonium conſecretur.

CONSTITVTIO CIX.

QVVM *ſuum cuiq; rei tempus eſſe "Sapiens tradat, idq; communis omnium, qui modò mentis compotes ſunt, ſententia tum amplectatur, tum probet: in omni actione tempus obſeruare, longè pulcherrimum fuerit. Quod ſi fortaſſe alibi, in contrahendis certè matrimonijs negligi non debet. Oportet enim, vt quo ea res in communi vita magis neceſſaria eſt, eo prudentius cautiusq; ad illam procedatur. Quam ſanè nos ob cauſam ſecundum veteres, "qui rectè hac de re lege lata ſtatuerunt, ſancimus, ne quo modo ante ſeptimum ætatis annum ſponſalia conſtituantur, neque matri-*

" Eccleſ. 3.

" Idem habes l. 14. De ſpõſ. ff.

ἱεροτελεστίας βεβαιοῦσθαι τὴν μνηστείαν τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους ἐνδεούσης τῆς νύμφης, τοῦ δὲ νυμφίου τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον μὴ διαμείβοντος. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀπηγόρευται πρὸς τὴν κοινὴν καὶ δημοσίαν τοῦ πολιτεύματος χρῆσιν· εἰ δὲ βασιλεὺς (οἷα πολλὰ συμβαίνει) πράττων οἰκονομίαν τινὰ καὶ μνηστείαν, καὶ τὴν διὰ ἱερολογίας συνάψῃ μόνον τοῖς μνηστευομένοις ἔνδον τῶν διορισθέντων ἐτῶν ἐπιψηφίσηται, τοῦτο πρὸς τὸν νόμον οὐδὲν ἀντιπέσεται. ἔξεστι γὰρ τοῖς ἐκ θεοῦ τὴν οἰκονομίαν τῶν κοσμικῶν ἐγκεχειρισμένοις πραγμάτων, ὑπέρτερον ἢ κατὰ νόμον οἰκονομεῖν, ὃς ἄγει τοὺς ὑπηκόους.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΗΝ ΓΥναῖκα ἀπογραφὴν ποιεῖσθαι τῆς τε οἰκείας προικὸς καὶ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ἀνδρῴας ὑποστάσεως, ἐπειδὰν τὸν γάμον λυθῆναι συμβαίη· καὶ τῇ προενέξει τῆς ἀπογραφῆς ἐπιζητεῖν εἴ τινα λέγοι παρὰ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς ὑποστῆναι καινοτομίαν εἰς τὰ ἀνήκοντα αὐτῇ· χωρὶς δὲ ἀπογραφῆς, εἴτε οὖν ἐναργοῦς ἀποδείξεως, μηδὲν ζητεῖν, μήτε ζητοῦσαν λαμβάνειν. Διάταξις ρι.

ΜΕΓΑ

monium, ſponſa 2 duodecim, ſponſo verò 3 quatuordecim annis minore, ſacris ceremonijs confirmetur. Atque hoc quidem, quantum ad communem publicumq; reipublicæ vſum attinet, ita vetitum ſit. Verùm ſi imperator (vt ſæpe accidit) nouam familiam conficiens, & ſponſalia, & conſecratione peragendam coniunctionem intra præſtitutos annos deſponſandis decreto permittat, id nihil legi aduerſabitur. Licitum enim eſt, vt quibus Deus vniuerſi terrarum orbis, tanquam familiæ cuiuſpiam, adminiſtrationem demandauit, hi ſecus quàm lex, quæ ſubditos deuincit, præſcribat, familias cogant.

2 Recurre ad conſt. 74.

3 Lego τὸ τεσσαρισκαίδ.

VT MVLIER, SOLVTO MATRIMONIO DOTEM SVAM, propterque nuptias donationem, & reliquam omnem mariti ſubſtantiam in commentarium conſcribat, ac eo prolato reſarciri ſibi poſtulet, ſi quid damni in rebus ſuis à marito ſe paſſam dicat: citra commentarium autem euidentém ve probationem nihil petat, aut petendo accipiat.

CONSTITVTIO CX.

ΜΕΤΑ τῶν ἄλλων ὅσα περὶ τοὺς γάμους σὐαγῶς τοῖς ἀρχαίοις προνενόηται, καὶ τούτου διαφόρως προνοίας τυχόντος τοῦ μέρους· φημὶ δή, τοῦ, μετὰ τὴν γαμικὴν διάλυσιν, μὴ τὴν γυναῖκα ὅπως ἔτυχεν ἀντιποιεῖσθαι τῶν ἀνδρῴων πραγμάτων λήψεώς τι καὶ κατασχέσεως, ἀλλ', εἰ περὶ τούτων ἀμφισβητοῖεν, πρότερον δημοσίᾳ τῆς οἰκείας προικὸς καὶ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ἀνδρῴας περιουσίας τὴν μετὰ θάνατον τοῦ ἀνδρὸς γεγονημένην ἀπογραφὴν ἐξενεγκεῖν, καὶ εἴ τι ἐν ταύτῃ διαγινώσκοιτο παρὰ τοῦ γαμετοῦ ἀναλωμένον, τούτου τὴν ἀναπλήρωσιν ἐκ τῶν ἐκείνου κτᾶσθαι πραγμάτων· καὶ τούτου δὴ καθάπερ ἦν θεμιτὸν τοῖς ἀρχαίοις διωρισμένου, νυνὶ δ' ὀλιγωρίᾳ παραδοθέντος, ἐπειδὴ τῆς τῶν ἀρχαίων προνοίας τὸ χρήσιμον συνείδομεν ἄξιον σώζεσθαι, τὸ ἐκείνων ἀνανεούμενοι θέσπισμα, ὁρίζομεν, ἀπό γε τοῦ παρόντος ἀπογραφὰς τῆς τε προικὸς καὶ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης τοῦ ἀνδρὸς περιουσίας ἐκ παντὸς τρόπου παρὰ ταῖς γυναιξὶ σπουδάζεσθαι· ὡς, ἐάν ποτε γυνὴ πρὸς τοιαύτην φιλονεικίας ὑπόθεσιν καταστῇ, καὶ πρὸς τὴν ἀνδρῴαν χωρεῖν ὕπαρξιν ἀντὶ τῶν καταστάντων εἰς μείωσιν οἰκείων ἀξιοῖ, διὰ ἐκείνης τῆς ἀπογραφῆς, ὑ-τοι ἀποδείξεως, τὸ δίκαιον τῶν λόγων γνωρίζεσθαι, καὶ τὰ τρόπον ἀντικειμένης τῶν τοῦ συζύγου πραγμάτων, ἅ γε παρ' ἐκεῖνο φαίνοιτο τῶν ἐν τῇ ἀπογραφῇ κειμένων ἀνάλωσις γεγενημένη. ἄνευ δὲ τῆς ἐκ ταύτης μαρτυρίας μήτε τὴν ζήτησιν χώραν εὑρίσκειν, μήτε ἐξ-

τούσης

QVVM *præter alia, quæ ſanctè à veteribus de matrimonij rebus tractata ſunt, huic quoq; tractatui ſatis proſpectum ſit: vt nempe mulier ſoluto matrimonio non quoquo modo res maritales percipiendas & detinendas vendicet: ſed ſi de illis cōtrouerſia moueatur, confectum poſt mortem mariti de dote ſua, & donatione propter nuptias, reliquisq; maritalibus facultatibus commentarium publicè prius exhibeat: & ſiquid ex dote à marito conſumptum eſſe appareat, id ex ipſius bonis repetat: quum hoc (inquam) quo modo ius atq; æquitas poſtulat, à veteribus conſtitutum ſit, ac verò nunc eius nulla ratio habeatur: quoniam veterum prudentiæ vtilitatem conſeruandam ducimus, illorum ſanctionem renouantes, ſtatuimus, vt dehinc omnibus modis de dote, propterq; nuptias donatione, & alijs quibuſcunque maritalibus rebus à mulieribus commētarius conficiatur: quò ſi quando ad iſtiuſmodi controuerſiæ ſpeciem adigantur, & ad res maritales pro eo quantum ipſarum res deteriores redditæ ſunt, procedere velint: ex eo commentario aut probatione petitionis æquitas cognoſcatur: vt tum rectè res maritorum vendicent, quando cōmentario comprehenſa ab illis inſumpta eſſe conſtabit. Citra commentarij autem teſtimonium neque petitio locum inueniat, neque illæ

* Vi le tit. Solutoma trim. & l. 22. De iure delibec. C. Nou. 1. etiā. Hinc nos cura. & No. 97.

τούτους φιλονείκως ἢ ἀκροάσεως τυγχάνειν ἤ τι τῶν ἐπιζητουμένων λαμβάνειν, τὸν δὲ χρόνον τῆς ἀπογραφῆς ὁριζομένη ἔσω τριῶν μηνῶν γίνεσθαι, καὶ τὰ ἐπιτίμια προβαίνειν οἷα δὴ καὶ περὶ τῶν ἐπιῤῥίπτων τοῖς παλαιοῖς νενομοθέτηται.

13 *Epiſcopo, qui parochiam ſuam dereliquerit, alteri inſilire nefas eſto, licet à pluribus ad hoc compellatur: niſi rationabilis aliqua cauſſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere vi adigat, nempe quòd plus lucri & vtilitatis his qui illic conſtituti ſunt, verbo pietatis conferre poßit. neque hoc tamen à ſeipſo, ſed multorum epiſcoporum iudicio, & exhortatione maxima.*

14 *Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorum conſortio, relicta parochia ſua, in aliam conceſſerit, & omnino tranſmigratione facta, præter voluntatem ſui epiſcopi in alia parochia moram traxerit: hunc iubemus, ne porrò in miniſterio publico ſit eccleſiæ, maximè ſi accerſente ipſum epiſcopo eius redire contemnat. peruerſo illic ordine perſeuerans, vt laicus tamen ibi locorũ in communionem admittitor.*

ιε Εἰ δὲ ἐπίσκοπος, ᾧ παρατυγχάνουσι, παρ' οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ' αὐτῶν ὁρισθεῖσαν ἀργίαν, δέξηται αὐτοὺς ὡς κληρικοὺς, ἀφοριζέσθω ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

ιϛ Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιζ Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιη Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

ιθ Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς καθαιρείσθω.

κ Εὐνοῦχος, εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἐγένετό τις, ἢ ἐν διωγμῷ ἀφῃρέθη τὰ ἀνδρῶα, ἢ οὕτως ἔφυ, καὶ ἔστιν ἄξιος, γινέσθω.

κα Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός· αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

κβ Εἴ τις κληρικὸς ὢν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω. φονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ.

κγ Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία. ἐπίβουλος γάρ ἐστι τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς.

15 *Quòd ſi epiſcopus, ad quem acceſſerint, pro nihilo reputata vacationis à miniſterio eccleſiaſtico pœna, quæ contra eos definita eſt, ipſos vt clericos ſuſceperit: à communione excluditor, vt peruerſi ordinis magiſter.*

16 *Qui poſt baptiſmum duabus implicitus fuit nuptijs, aut concubinam habuit: is epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.*

17 *Qui viduam duxit, aut diuortio ſeparatam à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata ſit ſpectaculis: epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut deniq; ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.*

18 *Qui duas ſorores duxit, aut conſobrinam, clericus eſſe non poteſt.*

19 *Clericus qui fideiuſsiones dat, deponitor.*

20 *Si quis humana violentia eunuchus factus eſt, aut in perſecutione amputata ei ſunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus eſt: efficitor* epiſcopus.

21 *Qui ſibi ipſi virilia amputauit, clericus non efficitor: ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi* Dei.

22 *Si quis, cum clericus eſſet, virilia ſibi ipſi amputauerit: deponitor. homicida etenim ſui ipſius eſt.*

23 *Laicus, qui ſeipſum mutilauit, per tres annos à cõmunione eijcitor. puta, quia ipſe vita*

ἰωῦς.

κδ Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐπὶ πορνείᾳ, ἢ ἐπιορκίᾳ, ἢ κλοπῇ ἁλοὺς, καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφή, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. Ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ τῇ αὐτῇ αἱρέσει ὑποκείσθωσαν.

κε Τῶν εἰς κλῆρον προελθόντων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους.

κϛ Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, καὶ διὰ τοιούτων φοβεῖν θέλοντα, καθαιρεῖσθαι προστάττομεν. οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε· τοὐναντίον δὲ αὐτὸς τυπτόμενος οὐκ ἀντέτυπτε, λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει.

κζ Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπὶ ἐγκλήμασι φανεροῖς, τολμήσειεν ἅψασθαι τῆς ποτὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας, παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας.

κη Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γίνηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν,

ὡς

ſuæ poſuit inſidias.

24 *Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehenſus, deponitor, non tamen à communione excluditor.* Dicit *enim ſcriptura, Bis de eodem delicto vindictam non exiges.* Eidem *conditioni conſimiliter & reliqui clerici ſubduntor.*

25 E*x his qui cœlibes in clerum peruenerunt, iubemus, vt lectores tantum & cantores (ſi velint) nuptias contrahant.*

26 E*piſcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorem ipſis per huiuſmodi vult incutere, deponi præcipimus. nuſquam enim* Dominus *hoc nos docuit.* I*mò verò contrà, cum ipſe percuteretur, non repercutiebat: cum laceſſeretur conuicijs, non regerebat conuicium: cum pateretur, non comminabatur.*

27 S*i quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ob certa crimina iuſtè depoſitus, attingere miniſterium, quod aliquando tractauerat, auſus fuerit: omnino hic ab eccleſia abſcinditor.*

28 S*i quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, pecuniæ interuentu hãc dignitatem nactus fuerit: deponitor tam ipſe, quàm qui eum ordinauit, & omnino à cõmunione abſcinditor,*

ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου.

κθ Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.

λ Εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, χωρὶς συναγωγὴν καὶ θυσιαστήριον πήξει, μηδὲν κατεγνωκὼς τοῦ ἐπισκόπου ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καθαιρείσθω ὡς φίλαρχος· τύραννος γάρ ἐστιν, ὡσαύτως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί, ὅσοι ἂν αὐτῷ προσθῶνται. οἱ δὲ λαϊκοὶ ἀφοριζέσθωσαν. Ταῦτα δὲ μετὰ μίαν, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην παράκλησιν τοῦ ἐπισκόπου γινέσθω.

λα Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὑπὸ ἐπισκόπου γένηται ἀφωρισμένος, τοῦτον μὴ ἐξεῖναι παρ' ἑτέρου δέχεσθαι, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτόν· εἰ μὴ ἂν κατὰ συγκυρίαν τελευτήσει ὁ ἀφορίσας αὐτὸν ἐπίσκοπος.

λβ Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων ἄνευ συστατικῶν προσδέχεσθαι· καὶ ἐπιφερομένων αὐτῶν ἀνακρινέσθωσαν. καὶ ἐὰν μὲν ὦσι κήρυκες τῆς εὐσεβείας, προσδεχέσθωσαν· εἰ δὲ μή γε, τὴν χρείαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν

αὐτὸ

quemadmodum Simon Magus à me Petro.

29 *Si quis epiſcopus ſecularium magiſtratuum familiaritate vſus, per ipſos eccleſiam nactus fuerit: deponitor. ſegregantor quoque à communione, quicunque cum ipſo communionem habent.*

30 *Si quis presbyter proprium aſpernans epiſcopum, ſeorſim conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine epiſcopum in pietate ac iuſticia condemnarit: deponitor, quaſi qui principatum ambiat. tyrannus enim eſt. Conſimiliter & reliqui clerici, qui ſuum illi calculum apponunt. Laici verò à communione ſegregantor. Atq; hæc poſt vnam, & item alteram ac tertiam epiſcopi exhortationem fiunto.*

31 *Si quis presbyter, aut diaconus, per epiſcopum à communione excluſus ſit: hunc neutiquam ab alio fas eſto ſuſcipi, quàm ab eo qui ipſum à communione excluſit: niſi fortè fortuna epiſcopus, qui ipſum à communione ſegregauit, defunctus ſit.*

32 *Nemo peregrinorum epiſcoporũ, aut preſbyterorum, aut diaconorum, ſine commendaticijs ſuſcipitor literis: & ſi eas obtulerit, attentius in diſquiſitionem vocantor. Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiuntor: ſin minus, vbi neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis, ad cõmunionem & vlteriorem ipſos conſue-*

αὐτὸς μὴ προσδέξηται· πολλὰ γὰρ κατὰ συναρπαγὴν γίνεται.

λγ Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλήν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης· ἐκεῖνα δὲ μόνα πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι. οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ θεὸς διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι.

λδ Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾶν ἔξω τῶν αὐτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις καὶ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτός, καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν.

λε Εἴ τις χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος μὴ καταδέχοιτο τὴν λειτουργίαν καὶ τὴν φροντίδα τοῦ λαοῦ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ, τοῦτον ἀφωρισμένον τυγχάνειν, ἕως ἂν καταδέξηται. εἰ δὲ μὴ δεχθείη, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν, αὐτὸς μενέτω ἐπίσκοπος· ὁ δὲ κλῆρος τῆς πόλεως ἀφοριζέσθω, ὅτι τοιούτου λαοῦ ἀνυποτάκτου παιδευταὶ οὐκ ἐγένοντο.

λϛ Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω

tudinem non admittitote. multa enim per obreptionem fiunt.

33 *Cuiuſque gentis epiſcopos oportet ſcire quiſnam inter ipſos primus ſit, habereq́; ipſum quodammodo pro capite, neq; ſine illius voluntate quidquam agere inſolitum. illa autem ſola quenque pro ſe tractare, quæ ad parochiā eius, & loca ipſi ſubdita attinent. Sed neq; ille citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum in ſancto Spiritu.*

34 *Epiſcopus extra terminos ſuos, in ciuitatibus & regionibus ſibi non ſubiectis, ordinationes facere non præſumito. Si verò præter voluntatem eorum qui ciuitates illas aut regiones detinent, id feciſſe conuictus fuerit, deponitor tam ipſe, quàm etiam hi quos ordinauit.*

35 *Si quis ordinatus epiſcopus, miniſterium & curam populi ſibi commiſſam non ſuſceperit: hic à communione ſeiunctus eſto tam diu, donec ſuſceperit* [obedientiam accommodans. Similiter autem & presbyter & diaconus.] *Si verò non præ voluntate ſua, ſed præ malicia populi non ſuſceperit, maneto ipſe quidem epiſcopus: clerus verò eius ciuitatis à communione ſegregator, eò quòd tam inobedientem populum non corripuerit.*

36 *Bis in anno epiſcoporum celebrator ſynodus,*

νέσθω τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν· ἅπαξ μὲν τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ.

λζ Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα, καὶ διοικείτω αὐτὰ ὡς θεοῦ ἐφορῶντος, μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπεμπολείτω.

λη Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος.

λθ Ἔστω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα (εἴγε καὶ ἴδια ἔχει) καὶ φανερὰ τὰ κυριακά, ἵνα ἐξουσίαν ἔχῃ τὰ ἴδια τελευτῶν ὁ ἐπίσκοπος, οἷς βούλεται, καὶ ὡς βούλεται καταλεῖψαι, καὶ μὴ προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ ἐπισκόπου· ἔσθ' ὅτε γυναῖκα καὶ παῖδας κεκτημένου, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἰκέτας. δίκαιον γὰρ παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὸ μήτε τὴν ἐκκλησίαν ζημίαν τινὰ ὑπομένειν ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει τῆς ἐκκλησίας πημαίνεσθαι, ἢ καὶ

nodus, & pietatis inter ſe dogmata in diſquiſitionē vocanto, neq; non in eccleſiis incidentes contradictiones dirimūto: ſemel quidem quarta feria Pentecoſtes, ſecundo duodecima "Hyperberetæi.

"Hyperberetæus apud Aſiæ populos & Macedones October græcè dictus.

37 *Omnium rerum eccleſiaſticarum curam epiſcopus gerito, & eas diſpenſato, quaſi inſpectante Deo.* Non licitum autem ei eſto quippiam ex iis ſibi tanquam proprium aſſumere: *aut cognatis ſuis elargiri, quæ* Deo *dedicata ſunt. Quòd ſi pauperes illi ſint: vt pauperibus ſubminiſtrato, non tamen horum prætexu res eccleſiæ venundato.*

38 *Presbyteri & diaconi, abſq; voluntate epiſcopi nihil peraganto. ipſius enim fidei populus* Domini *commiſſus eſt, & pro eorum animabus ab ipſo repetetur ratio.*

39 *Manifeſtæ ſunto priuatæ res epiſcopi (ſi modò & priuatas habet) manifeſtæ item ſunto* Dominicæ*: vt priuatas quidem res epiſcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult, relinquendi facultatem habeat: neq; occaſione eccleſiaſticarum rerum intercidant res epiſcopi, qui nonnunquam vxorem & liberos, aut cognatos, aut ſeruos habet. Iuſtum enim eſt apud* Deum *pariter & homines, ſimul ne eccleſia per ignorationem rerum epiſcopi damni aliquid ſuſtineat, ſimul ne epiſcopus aut cognati eius prætextu eccleſiæ obladantur, aut etiam*

qui

εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις περιβάλλεσθαι.

μ Προστάσσομεν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πιστευτέον, πολλῷ ἂν μᾶλλον δέοι περὶ τῶν χρημάτων ἐντέλλεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν διοικεῖσθαι, καὶ τοῖς δεομένοις διὰ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐπιχορηγεῖσθαι μετὰ φόβου θεοῦ καὶ πάσης εὐλαβείας. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῷ χρείας, καὶ τῶν ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι. ὁ γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ διετάξατο τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ ὑπηρετοῦντας ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου διατρέφεσθαι, ἐπείπερ οὐδὲ στρατιῶταί ποτε ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων ἐπιφέρονται.

μα Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων καὶ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

μβ Ὑποδιάκονος, ἢ ψάλτης, ἢ ἀναγνώστης τὰ ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀφοριζέσθω· ὡσαύτως καὶ οἱ λαϊκοί.

μγ Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τόκους ἀπαιτῶν τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. μδ Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος αἱρετικοῖς συνευξάμενος μόνον ἀφοριζέσθω. εἰ δὲ καὶ ἐπέτρε-

ψεν

qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negocia, eiusq́; mors implicetur diffamationibus.

40 *Præcipimus, vt epiſcopus res eccleſiæ in poteſtate habeat. Nam ſi pretioſæ hominum animæ fidei eius committendæ ſunt: multo vtique magis oportuerit & de pecunijs mãdatum dare, vt illius arbitratu diſpenſentur, neq; non cũ timore Dei ſummaq́; ſollicitudine per presbyteros ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipſe (ſi modò indiget) quãtum ad neceſſarios ſuos, & hoſpitio exceptorum fratrum vſus opus habet, ne quo modo ipſe poſteriore loco habeatur quàm cæteri. Ordinauit enim lex Dei, vt qui altari inſeruiunt, de altari nutriantur: quãdo nec milites vnquam ſuis ſtipendijs arma hoſtibus inferant.*

41 *Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget, vel deſinito, vel deponitor.*

42 *Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui conſimilia facit: vel deſinito, vel à communione ſeiungitor: ſimiliter & laici.*

43 *Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vſuras à mutuum accipientibus exigit: vel deſinito, vel deponitor.*

44 *Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit, duntaxat à communione ſuſpenditor. Si verò etiam*

ψεν αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι, καθαιρείσθω.

με Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξάμενον βάπτισμα, ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν· τίς γὰρ συμφώνησις τοῦ Χριστοῦ πρὸς Βελίαλ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου;

μϛ Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν, ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας τῶν ψευδιερέων.

μζ Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλλων, ἑτέραν λάβῃ, ἢ παρ' ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφοριζέσθω.

μη Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱοὺς, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω.

μθ Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε. ἀλλὰ, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

ν Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκο-

ipſos tanquam clericos aliquid agere permiſerit: deponitor.

45 *Epiſcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptiſma, aut ſacrificium ſuſceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conuentio inter* Chriſtum *&* Belial*? aut quæ particula fideli cum infideli?*

46 *Epiſcopus, aut presbyter ſi eum, qui verum baptiſma habeat, iterũ baptiſauerit, aut pollutum ab impijs non baptiſauerit, deponitor: vt qui crucem & mortem* Domini *derideat, neque diſcernat veros ſacerdotes à ſacerdotibus impoſtoribus.*

47 *Si quis laicus, cum ſuam à ſe vxorẽ abijcit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam: à communione ſegregator.*

48 *Si quis epiſcopus, aut presbyter ſecundum ordinationem* Domini *non baptiſauerit in patrem & filium & ſpiritum ſanctum, ſed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos: deponitor.*

49 *Si quis epiſcopus, aut presbyter, in vna initiatione non tres immerſiones, ſed vnã duntaxat, quæ in mortem* Domini *detur, peregerit: deponitor.* Non *enim dixit* Dominus, *In mortem meam baptiſate ſed, Profecti docete omnes gentes, baptiſantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.*

50 *Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaco-*

νος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου, καὶ κρεῶν, καὶ οἴνου, οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος, ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω, ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

να Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, τὸν ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλ' ἀποβάλλεται, καθαιρείσθω, ὅτι λυπεῖ Χριστὸν εἰπόντα, χαρὰ ἐπιγίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

νβ Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν καὶ οἴνου βδελυσσόμενος, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρείσθω, ὡς κεκαυτηριασμένος τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καὶ αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γινόμενος.

νγ Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ φωραθείη ἐσθίων, ἀφοριζέσθω, παρὲξ τοῦ ἐν πανδοχείῳ ἐν ὁδῷ δι' ἀνάγκην καταλύσαντος.

νδ Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει τὸν ἐπίσκοπον, καθαιρείσθω· ἄρχοντα γὰρ τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. νε Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει πρεσβύ-

τερον

nus, aut quiuis omnino de ſacerdotali conſortio, nuptijs, & carnibus, & vino abſtinuerit. non propterea quò mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem: oblitus, quòd omnia pulchra valde, & quòd maſculum & fœminam Deus creauit hominem, ſed diffamationibus laceſſens creationem Dei vocat ad calumniam: aut corrigitor, aut deponitor, & ex eccleſia reijcitor. Conſimiliter & laicus.

51 *Si quis epiſcopus, aut presbyter, eum qui à peccato reuertitur, non recipit, ſed reijcit: deponitor, eo quòd Chriſtum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem, qui reſipiſcat gaudium oboriri in cœlo.*

52 *Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, carnibus & vino feſtiuis diebus nõ vtatur, idq; per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor: tanquam qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis author ſit offendiculi.*

53 *Si quis clericus in caupona cibum capere deprehenſus fuerit, à communione excluditor: excepto tamen eo, qui neceſſariò in itinere in commune diuerterit hoſpitium.*

54 *Si quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponitor: principi enim populi tui nõ maledices.*

55 *Si quis clericus cõtumelia affecerit presby-*

τρον ἢ διάκονον, ἀφοριζέσθω.

νϛ Εἴ τις χωλὸν, ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάζει, ἀφοριζέσθω· ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

νζ Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ τῇ ῥαθυμίᾳ, καθαιρείσθω.

νη Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τινὸς τῶν κληρικῶν ἐνδεοῦς ὄντος μὴ ἐπιχορηγεῖ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω ὡς φονεύσας τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

νθ Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύει ἐπὶ λύμῃ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω.

ξ Εἴ τις κατηγορία γίνηται κατὰ πιστοῦ πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπαγορευομένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ ἀγέσθω.

ξα Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον Ἰουδαίου, ἢ Ἕλληνος, ἢ αἱρετικοῦ ἀρνήσηται, εἰ μὲν τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ἀποβαλλέσθω· εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω. μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.

ξβ Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερα-

τικοῦ

terum, aut diaconum: à communione ſegregator.

56 *Si quis mancum, aut mutum ſurdúmve, aut cæcum, aut eum cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſannauerit: communione priuator. conſimiliter & laicus.*

57 *Epiſcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum vel populum agit, neque in pietate eos erudit, à communione ſegregator. Si verò in ea ſocordia perſeuerauerit, deponitor.*

58 *Si quis epiſcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti neceſſaria nõ ſuppeditauerit, à communione reijcitor. ſin perſeuerat, deponitor, vt qui fratrem ſuum necauerit.*

59 *Si quis falsò inſcriptos impiorum libros, tanquam ſacros in eccleſia ad populi & cleri corruptionem publicauerit: deponitor.*

60 *Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & conuictus fuerit: in clerum non perducitor.*

61 *Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici, negauerit, ſiquidem nomen Chriſti,* ab eccleſia *reijcitor: ſi verò nomen clerici, deponitor. pœnitentia tamen ductus, vt laicus recipitor.*

62 *Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunq; ex ſacerdotali con-*

τικοῦ φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω· τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξγ Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν συνεύξασθαι, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω.

ξδ Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος ἀποκτείνοι, καθαιρείσθω διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξε Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ξς Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος ἔχει, ἀφοριζέσθω. μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν, ἣν ᾑρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

ξζ Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος δευτέραν χειροτονίαν δέξηται παρά τινος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, εἰ μή γε ἄρα συσταίη, ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει χειροτονίαν. τοὺς γὰρ παρὰ τοιούτων βαπτισθέντας ἢ χειροτονηθέντας οὔτε πιστοὺς οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

ξη Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν τεσ-

σαρα

ſortio, comederit carnes in ſanguine animæ eius, aut à beſtijs abreptum, aut ſuffocatum: deponitor.hoc enim lex prohibuit. Sin verò laicus fuerit: à communione excluditor.

63 *Si quis clericus, aut laicus, ſynagogam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis coniungat: deponitor, & à communione ſecluditor.*

64 *Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & vno ictu ac pulſatione interenierit, deponitor, propter temeritatem ſuam. Sin verò laicus ſit, arcetor à communione.*

65 *Si quis Dominicum diem, aut Sabbatũ, vno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor: ſin laicus, è communione eijcitor.*

66 *Si quis virginem ſibi non deſponſatam admota vi detinet: à communione ſuſpenditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere: ſed eam detineto, quam ſollicitauit, quamuis pauperculæ ſit.*

67 *Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſecundam ab aliquo ordinationem ſuſceperit: deponitor tam ipſe, quàm qui ipſum ordinauit: niſi fortè conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptiſati, aut ordinati ſunt: hi neq; fideles neq; clerici eſſe poſſunt.*

68 *Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor ſacram quadra-*

σαρακοστὴν τοῦ πάσχα, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν, καθαιρείσθω. ἐκτὸς εἰ μὴ διὰ ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξθ Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν νηστεύοι μετὰ τῶν Ἰουδαίων, ἢ συνεορτάζοι μετ' αὐτῶν, ἢ δέχοιτο παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἤ τοιοῦτόν τι, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ο Εἴ τις χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκῃ εἰς ἱερὰ ἐθνῶν, ἢ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτει, ἀφοριζέσθω.

οα Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέλοιτο κηρὸν, ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω.

οβ Σκεῦος χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν, ἢ ὀθόνην, μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετεριζέσθω· παράνομον γάρ· εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

ογ Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων, καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ ἐπισκόπων. κἂν μὲν ἀπαντήσῃ καὶ ὁμολογήσῃ ἢ ἐλεγχθῇ, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον· εἰ δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ δεύτερον ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο

ἐπισ

geſimam Paſcha, aut quartam feriam, aut paraſceuen nõ ieiunauerit, deponitor: præterquàm ſi imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus ſit, communione priuator.

69 *Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunq; ex clericorum conſortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit, aut lautia feſti, nempè azyma, aut aliud huius generis, ab eis ſuſceperit, deponitor: ſi laicus, à communione ſegregator.*

70 *Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium, aut in ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit: à communione excluditor.*

71 *Si quis clericus, aut laicus, ceram aut oleum ex ſancta ſurripiat eccleſia: à communione ſeiungitor.*

72 *Vas aureum & argenteum ſanctificatum, aut velamen linteũmve, nemo amplius in ſuos vſus aſſumito. iniquum enim eſt. Cæterùm ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.*

73 *Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum homines, ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus conuictúſve fuerit, cenſura irrogator eccleſiaſtica. Si verò vocatus non obtemperauerit: ſecunda quoq; vice vocator, miſſis duobus ad*

ἐπισκόπων· ἐὰν δὲ καὶ οὕτως καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἡ σύνοδος ἀποφαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγοδικῶν.

οδ Εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον. ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

οε Ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον τῷ ἀδελφῷ, ἢ υἱῷ, ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαρίζεσθαι πάθει ἀνθρωπίνῳ· οὐ γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμους ὀφείλει τιθέναι. εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἄκυρος μενέτω ἡ χειροτονία, αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

οϛ Εἴ τις ἀνάπηρος ἢ τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δέ ἐστιν, ἐπίσκοπος γινέσθω. οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός.

οζ Κωφὸς δὲ ὢν καὶ τυφλὸς, μὴ γινέσθω ἐπίσκοπος, οὐχ ὡς βεβλαμμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ παρεμποδίζοιτο.

οη Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω. καθαρισθεὶς δὲ προσδεχέσθω, καὶ ἐὰν ἄξιος, γινέσθω.

οθ Τὸν δὲ ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα, ἢ ἐκ φαύλου διαγωγῆς, οὐ δίκαιόν ἐστι παραυτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον.

ἄδικ

ipſum epiſcopis. Quòd ſi per contumaciam ne ſic quidem comparuerit: ſynodus ſuam contra ipſum pronunciato ſententiam, ne quid tergiuerſando detrectandoq́; iudicium lucri facere videatur.

74 *In dictionem teſtimonij contra epiſcopũ hæreticus non admittitor: ſed neq; fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum aut trium teſtium conſiſtet omne dictum.*

75 *Item non oportet epiſcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu. neq; enim eccleſiam* Dei *conferre debet in hæredes.* Enimuerò *ſi quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio: ipſe autem excommunicatione percellitor.*

76 *Si quis oculo defectus, aut obtuſo crure exiſtat, & dignus ſit, epiſcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.*

77 *Qui verò mutus, ſurdus've & cæcus eſt, epiſcopus non efficitor: non quia oblæſo corpore eſt, ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.*

78 *Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor: ſed neque cum fidelibus preces fundito.* Mundatus *verò recipitor: & ſi dignus fuerit, efficitor.*

79 *Qui ex vita gentili aduenerit, & baptiſatus eſt, aut ex conuerſatione praua: iuſtum non eſt eum protinus promoueri in epiſcopum.*

Iniur

ἄδικον γὰρ τὸν μηδέπω πεῖραν ἐπιδειξάμενον ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον· εἰ μή που κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γίνεται.

π Εἴπομεν, ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσευκαιρεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν ἢ καθαιρείσθω· οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, κατὰ κυριακὴν παράκλησιν.

πα Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν γνώμης, ἀνατροπὴν τὸ τοιοῦτον ἐργάζεται. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσουσι, καὶ τοῦ οἴκου ἐξαποστείλωσι, γινέσθω.

πβ Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, καὶ ἱεραρχικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω· τὰ γὰρ τοῦ Καίσαρος καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ.

πγ Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα ἢ ἄρχοντα, τιμωρίαν τιννύτω. καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

πδ Ἔστω πᾶσιν ὑμῖν κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης

θήκης

Iniurium enim eſt, eum qui non prius ſpecimen & documentum de ſe præbuerit, aliorum doctorem exiſtere. niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

80 *Dicimus, quòd non oporteat epiſcopum aut presbyterum publicis ſe adminiſtrationibus immittere: ſed vacare & commodum ſe exhibere vſibus eccleſiaſticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire, iuxta præceptum Dominicum.*

81 *Serui ſi in clerum promoueantur citra dominorum voluntatem, hoc ipſum operatur redhibitionem. Si quando verò ſeruus quoque gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noſter Oneſimus apparuit, & domini conſenſerint, manuq; miſerint, & domo ſua ablegauerint: efficitor.*

82 *Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & ſimul vtrunq; retinere voluerit, tam officium Romanũ, quàm functionem ſacerdotalem: deponitor. Quæ enim Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ Dei, Deo.*

83 *Quiſquis Imperatorem, aut Magiſtratũ contumelia affecerit, ſupplicium luito. & quidem ſi clerus ſit, deponitor: ſi laicus, à communione remouetor.*

84 *Sunto omnibus vobis, clericis ſimul & laicis, venerandi ac ſacri libri: veteris quidem*

Teſt

θήκης Μωσέως πέντε, γένεσις, ἔξοδος, λευιτικῶν, ἀριθμοί, δευτερονόμιον· Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἕν, κριτῶν ἕν, Ῥοὺθ ἕν, Βασιλειῶν τέσσαρα, παραλειπομένων τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν δύο, Ἐσθὴρ ἕν, Μακκαβαϊκῶν τρία, Ἰὼβ ἕν, ψαλτήριον ἕν· Σολομῶντος τρία, παροιμίαι, Ἐκκλησιαστὴς, ᾆσμα ᾀσμάτων· Προφητῶν δεκαδύο· ἓν Ἡσαΐου, Ἱερεμίου ἕν, Ἰεζεκιὴλ ἕν, Δανιὴλ ἕν. Ἔξωθεν δὲ προσιστορείσθω ὑμῖν μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Συράχ. Ἡμέτερα δὲ, τοῦτ' ἔστι τῆς καινῆς διαθήκης, Εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου· Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰακώβου μία, Ἰούδα μία, Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο, καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ δεῖ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά. Καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

ſtamenti, Moſis quinque, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: Ieſu filij Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regnorum quatuor, Derelictorum ex libro dierum duo, Heſter vnus, De Machabæorum geſtis tres, Iob vnus, Pſalterium vnus: Solomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum: Prophetarum duodecim, vnus Eſaiæ, Hieremiæ vnus, Iezechiel vnus, Daniel vnus. Inquiritor autem à vobis extrinſecus, vt adoleſcentes veſtri addiſcant item Sapientiam eruditi Syrach. Noſtra verò, hoc eſt Noui Teſtamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis: Pauli Epiſtolæ quatuordecim, Petri Epiſtolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudæ vna, Clementis epiſtolæ duæ, & præceptiones, quæ vobis epiſcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ ſunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana quæ in ſe continent. Et actiones noſtræ Apoſtolorum.

FINIS.

INCIPIVNT CONSVETVDINES FEVDORVM:

ET PRIMO,

DE HIS QVI FEVDVM DARE POSSVNT [ET QVI non] & qualiter acquiratur, & retineatur.

Hic primus liber eſt Gerardi Nigri vt cõiicit Doctiſs. Iac. Cuiacius, qui & in hos libros luculẽtiſſimos commẽtarios ſcripſit, & multa auxit atq; emẽdauit, quæ ſuis locis inſeri curauim⁹.

TITVLVS I.

Feudum dare poſſunt prælati eccleſiarum, ſi eccleſiæ eſt conſuetudo, & nobiles ſeculares, & qui ab eis feudum accipiunt. Bald.

QVIA *de feudis tractaturi ſumus, videamus primũ qui feudũ dare poſſunt. Feudum autẽ dare poſſunt archiepiſcopus, epiſcopus, abbas, abbatiſſa, præpoſitus, ſi antiquitus cõſuetudo eorũ fuerit feudũ dare. Dux, Marchio & comes ſimiliter feudum*

dare

dare poſſunt, qui propriè regni vel regis capitanei dicuntur. Sunt & alij qui ab iſtis feuda accipiunt, qui propriè regis vel regni valuaſores dicuntur: ſed hodie capitanei appellantur: qui & ipſi feuda dare poſſunt. Ipſi verò qui ab eis accipiunt feudum, minores valuaſores dicuntur.

Vaſallus ipſo viuo non priuatur feudo, ipſo vero mortuo, ad filios æqualiter pertinet feudũ, Bal.

1 ¶ *Et quia vidimus de pſonis, videamus qualia prius habuerunt initia. Antiquiſſimo enim tempore ſic erat in dominorum poteſtate connexum, vt quando vellent, poſſent auferre rem in feudum à ſe datam: poſtea verò eò ventum eſt, vt per annum tantum firmitatẽ haberent: deinde ſtatutum eſt, vt vſque ad vitam fidelis produceretur. ſed cum hoc iure ſucceſſionis ad filios non pertineret: ſic progreſſum eſt, vt ad filios deueniret: in quem ſcilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare: quod hodie ita ſtabilitum eſt, vt ad omnes æqualiter veniat. Cùm verò Corradus Romã proficiſceretur, petitum eſt à fidelibus qui in eius erant ſeruitio, vt lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, & vt frater fratri ſine legitimo herede defuncto, vel filius in beneficio quod eorum patris fuit, ſuccedat. Sin autem vnus ex fratribus à domino feudum*

acceperit: eo defuncto ſine legitimo herede, frater eius in feudum non ſuccedit. quod & ſi communiter acceperint, vnus alteri non ſuccedit, niſi hoc nominatim dictum ſit: ſcilicet vt vno defuncto ſine legitimo herede, alter ſuccedat: herede verò relicto, alter frater remouebitur.

Hoc autem notandum eſt, quòd licet filiæ vt maſculi patribus ſuccedant, legibus tamen à ſucceſſione feudi remouentur[*]*: ſimiliter & earum filij: niſi ſpecialiter dictum fuerit vt ad eas pertineat.* Hoc *quoque ſciendum eſt, quòd beneficium ad venientes ex latere vltra fratres patrueles non progreditur ſucceſſione, ſecundum vſum ab antiquis ſapientibus conſtitutum: licet moderno tempore vſque ad ſeptimum geniculum ſit vſurpatum: quod in maſculis deſcendentibus nouo iure vſque in infinitum extenditur.*

[*] Additur in antiquo libro vetere ſtatur Iſernias & Cuiac. quia neque ſcudum leuare vel pugnam facere poſſunt.

Feudum quod datur à capitaneis, vel regis valuaſoribus, propriam habet naturam. quod verò à minoribus datur propriam naturam non habet: duobus caſibus exceptis, qui in litera continentur. Baldus.

¶ *Notandum eſt autem, quòd illud beneficium* 2
quod à regis capitaneis, atque regis vel regni valuaſoribus alijs impenditur, propriè iure

re feudi cenſetur. Illud verò quod à minoribus in alios transfertur, non iure feudi iudicatur, licet aliter in curia Mediolanenſi obſeruetur: ſed quãdo voluerint rectè auferre queunt: niſi Romam cum illis in exercitu perrexerint: quo caſu in ius feudi tranſit, & adiudicatur: vel niſi aliquid propter feudum acceperint. Tunc enim niſi reſtituto precio auferre non poſſunt.

"[DE FEVDO GVARDIAE ET GASTALDIAE.]

" Cuia. nõ diſtinguit hîc nouũ tit. vt nec duob. tit. ſeq.

TITVLVS II.

Feudũ guardiæ & gaſtaldiæ, & illud quod pro mercede alicuius rei datur, elapſo anno reuocari poteſt: niſi ad certum tempus detur. ſed ſi gaſtaldi nomine proprij feudi dicant ſe poſſidere, non defendant ſibi poſſeſsionem, niſi de ſuo iure probent. Baldus.

ITEM *illud quod datur nomine gaſtaldiæ vel guardiæ, & pro mercede alicuius rei: trãſacto anno poteſt iure auferri, etiam precio pro eo dato non*

reſtituto: niſi ad certum tempus datum fuerit. Si verò gaſtaldi aliquid nomine proprij feudi poſſederint, non valebunt propterea poſſeſsionem ſibi defendere, niſi per pares curtis vel breue teſtatum potuerint probare ſe antequam gaſtaldi eſſent, vel poſtquam deſierunt eſſe, inueſtituram accepiſſe.

In vet. nõ eſt hic nouus Titul⁹ adſcriptus.

[QVI SVCCESSORES FEVDVM DARE TENEANTVR.]

TITVLVS III.

Succeſſor prælati non cogitur inueſtituram à prædeceſſore factam, & non expletam de feudo quod alius tenet, ratam habere. Bald.

S*I VERO archiepiſcopus, epiſcopus, vel abbas vel abbatiſſa inueſtiturã eius feudi quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, vt poſt deceſſum eius qui poſſidet, habeat: & antè deceſſerit archiepiſcopus, quàm ille qui feudum poſsidebat: ſucceſſores eorum non coguntur eam inueſtituram facere, vel confirmare, etiam ſi pares eius curtis adſint teſtes, vel breue teſtatum* * *inde ſit: niſi ille qui inueſtituram acceperit, nomine eius*

* Domin⁹ Alua. ſup. tit. j. §. j. ſuper text. dicit breue teſtatũ eſſe publicũ inſtrumẽtum.

ne eius in poſſeßionem miſſus feudi ſit eo conſentiente qui detinet.Sed ſi ille qui feudum poſſidet,prius deceſſerit, quàm ille qui inueſtituram fecit:iure cogitur eam ratam habere. Laici verò ijſdem modis omnibus, quibus ſuprà diximus, ſi alijs inueſtituram dederint, heredes eorum ſi rationibus claruerint, omnimodo eam adimplere compelluntur.

[SI DE INVESTITVRA FEVDI CONTROVERSIA FVERIT.]

In vet. nõ eſt hic nouus Titulus.

TITVLVS IIII.

Si inueſtitura ſit facta coram paribus, vel per breue teſtatum, dominus tenetur inueſtitum mittere in poſſeſsionem. Bald.

SI *autem controuerſia inter dominum & fidelem de feudi inueſtitura fuerit, quid iuris ſit videamus.*Et *ſi inueſtitura facta fuerit corã paribus curtis, aut in breui teſtato: rectè eum qui inueſtitus eſt, cogitur dominus mittere in feudi poſſeßionem. Si verò fuerit in poſſeßione, & mota fuerit ei controuerſia à domino:ei defenſio detur propter poſſeßionem. Si autem non fuerit in*

poſſeßione, nec ſupradictis modis poterit probare: tunc illius erit defenſio, qui inueſtituram dicitur feciſſe. Si verò feudum aliquis habuerit, de quo nulla controuerſia eſt, & dixerit ſe inueſtiturã alterius feudi accepiſſe ab eodem domino, nec in poſſeßione fuerit, nec prædictis rationibus probare poterit: licet domini eſſet defenſio: ex ordine tamen, quia aliunde vaſallus eſt, remittitur domino ex æquitate defenſio. ¶ Cùm autem quis dixerit feudum ad ſe per ſucceßionem pertinere, aſſerendo illud eſſe paternum: ſi fuerit in poſſeßione medietatis, vel alicuius partis, vel cambiũ proprietatis nomine illius feudi habuerit, vel alijs iuſtis rationibus illud eſſe paternum probare potuerit: iure obtinebit. Si verò probare nõ potuerit prædicto modo: dabitur ei defenſio cum duodecim ſacramentalibus. 1

Si vaſallus poſsidet caſtrũ nomine recti feudi, dominus autem dicat eum nomine guardiæ poſſidere: domino incumbit probatio: & ſi probauerit, vaſallus condemnabitur: niſi vaſallus probet ſe legitimè inueſtitũ à domino, poſtquam in guardiam ab eo accepit: domino verò in probatione deficiente, vaſallo datur defenſio. Bald.

[r] aliàs aliquis. *¶ Item ſi [r] vaſallus poſſederit caſtrum, quod dixerit ſe pro feudo tenere, & econtra dominus per guardiam dixerit ſe ei dediſſe: domini eſt probatio: & ſi poterit probare, tunc ille* 2

qui

qui tenet, domino debet reſtituere, vel probare per pares curtis, vel per breue teſtatum, poſtquam in guardiam ſuſcepiſſet, ſe à domino pro feudo inueſtituram accepiſſe. Domino *verò in probatione deficiente, tunc illius erit defenſio qui poſsidet.*

Si creditor emit pignus, deſinit eſſe pignus, niſi eſſet emptio ſimulata, & de ſimulatione conſtaret per certa indicia. Bart.

3 ¶ *Similiter ſi aliquis poſſederit caſtrum, vel aliam rem, & dominus dixerit ſe pro pignore ei dediſſe: econtrario ille dixerit ſe accepiſſe pro feudo: ſi potuerit dominus probare quòd ei pro pignore dediſſet: tunc ille qui tenet, domino reſtituet: vel probet ſupradicto modo ſe poſtquam à domino pro pignore accepit, feudi nomine accepiſſe. & ſi dominus non poterit probare ſe nomine pignoris dediſſe, erit defenſio illius qui poſſidet.* Si quis *de manſo vno feudi nomine inueſtituram acceperit, & dixerit quòd omne incrementum pertineat ad eum per inueſtituram, ſi dominus reſeruauerit ſibi aliquid in ipſa curte, tunc oportebit fidelem incrementi inueſtituram per pares curtis, vel per breue teſtatum probare.* Sed *ſi dominus in ipſa curte nil ſibi retinuit: tunc omne incrementũ iure feudi fidelis obtinebit.* Si *verò fidelis in poſſeſsione incrementi fuerit, non oportebit eum inueſti-*

turam probare, ſed iurare.

Si ſecundus vaſallus accipiat inueſtituram de feudo à primo vaſallo cum eius incremento, & aliquid accedat huic feudo viuente primo vaſallo: totum incrementū eſt ipſius vaſalliſecundi. Bart.

¶ *Rurſus ſi aliquis acceperit inueſtituram feudi cum omni incremento quod ei obueniret: & aliquid accreuerit viuente eo à quo acceperit, ipſius erit. & ſi ille qui inueſtituram fecit, ſine herede deceſſerit, & feudum reuerſum fuerit ad eum à quo ipſe tenuerit, vel ad alium: quicquid poſt mortem eius qui dedit, accreuerit, ad eum pertinebit, ad quem regreſſum fuerit.* 4

QVIBVS MODIS FEVDVM AMITTATVR.

TITVLVS V.

In vet. titulus ſecũdus.

Caſus primus feudi amittendi.

QVIA *ſuprà dictum eſt quibus modis feudū acquiritur, & retinetur: nunc videamus qualiter amittatur. Si enim dominus prælium campeſtre habuerit, & vaſallus eum morantem in ipſo prælio dimiſerit non mortuum, nec ad mortem vulneratum: feudum amittere debet.*

Item ſi fidelis cucurbitauerit dominum, id eſt cum vxore eius concubuerit, vel concumbe-

re ſe exercuerit, aut cum ea turpiter luſerit, vel ſi cum filia, aut [cum nepte " ex filio, aut cum nupta filio] aut cum ſorore domini concubuerit (hæc ita obtinēt, ſi in domo domini maneat) iure feudum amittere cenſetur. Similiter *ſi dominum aſſalierit, vel caſtrum domini, ſciens dominum vel dominam ibi eſſe.* Item *ſi fratrē ſuum occiderit, vel nepotem, id eſt filium fratris.* A*ut ſi libellario nomine amplius medietate in feudum dederit: aut pro pignore plus medietate obligauerit, ita vt "tranſactum permittat: vel dolo hoc egerit: amiſsione feudi multabitur.* His *omnibus caſibus feudum ad dominum reuertitur.* R*urſus ſi fidelis minus medietate libellario nomine " feudum dederit, & ſine herede deceſſerit, & feudum ad dominum redierit, vel poſtquam ad libellum dederit, vel pignori obligauerit, & domino refutauerit: tunc ille qui ab eo acceperit, nullo iure aduerſus dominum ſe tueri poterit.*

* Pro incluſ. Cuia. legit nuru id eſt cū nupta filio aut cū ſorore.

∵ Al. diſtractioné. Cuiac.

∵ cōcor. cū hoc. §. c. 2. in gl. 2. extra de feu.

Qui conſentit, iura ſua perdit, & aliena fortificat. Bald.

1 ¶ *Preterea ſi ille ad quem feudum per ſucceſſionem iure obuenire debet, conſenſerit eos inueſtire, ad quos ſecundum rectum morem non pertinet: nullo modo ad eum repetendum regreſſum habet.* Item *ſi fuerint duo fratres, & vnus inueſtituram feudi acceperit: ſi poſtea feudum cum fratre diuiſerit, & ille qui feudi*

partem accepit, poſtea plus medietate vendiderit, & ſine herede legitimo deceſſerit, feudum ad dominum reuertitur. *Item ſi quis feudũ habuerit in curte domini ſui* "*:nõ poterit ipſum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui ſine conſenſu domini ſui dare, vel pignori obligare. Similiter ſi extra curtem detinuerit, & dominus diſtrictum habuerit, vel alium honorem: ſi alienauerit ſine voluntate, iure ad dominum reuertitur.*

"Quod vulgo de camera dicitur, adnotaueram in meo libro, id addi in manuſcripto D. Cuiacij quẽ mihi cũ hos libros exponerem in ſchola cõmodauerat ante 12. ann. quod tamen in cõmentariis ſuis nõ adnotauit.

"[EPISCOPVM, VEL ABBATEM, VEL ABBATISSAM, VEL dominum plebis feudum dare non poſſe.]

TITVLVS VI.

Epiſcopus, abbas, vel abbatiſſa, vel dominus plebis non poſſunt decætero infeudare res eccleſiarum ſibi ſubiectarum, quæ vocãtur tituli. Bald.

ITEM *ſi epiſcopus, vel abbas, vel abbatiſſa, vel dominus* "*plebis feudum dederit de rebus eccleſiarum, quæ eis ſubiecta ſunt, & tituli vocantur: nullum habet vigorem, ſecundum hoc quod conſtitutum eſt à papa Vrbano in ſancta ſynodo, hoc eſt illud*

"In vet. nõ eſt nouus tit.

"Cuia. Vicedominus. c. volumus. & c. dominũ. diſ. 89.

illud quod poſt eius decretum fuerit datum: quod autem ante datum fuerit, firmiter permanere debet.

Idem iuris eſt ſi ſit præpoſitus, vel abbatiſſa, vel alia eccleſiaſtica perſona quæ antiquitus non ſit ſolita in feudum dare: ſcilicet vt quod dederit, de iure non valeat.

Fœmina poſita in copula cum maſculo non ſuccedit ſimul cum eo, ſed ita demum ſi maſculus non eſt. Bald.

1 ¶ *Quinetiam ſi quis eo tenore feudum acceperit, vt eius deſcendentes maſculi & fœminæ illud habere poſſint: relicto maſculo, vlterius fœminæ non admittuntur. Mutus feudum retinere non poteſt, ſcilicet qui nullo modo loquitur. ſed ſi feudum fuerit "magnum, quo ei ablato ſe exhibere non valeat: tantum ei relinqui debet, vnde ſe ſuſtinere poſſit. Et his omnibus caſibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur.* "Cuia. paternum.

DE NATVRA FEVDI.

"TITVLVS VII. "In vet. tit. 3.

Non poteſt de comitatu, marchia vel baronia inueſtitus per principem, de his pro libito deueſtiri. Bald.

NATVRA feudi hæc eſt, vt ſi princeps inueſtierit capitaneos ſuos de aliquo feudo, non poteſt eos deueſtire ſine culpa, id eſt, marchiones & comites, & ipſos qui "proprie hodie appellantur capitanei. Idem eſt ſi inueſtitura ſit facta à capitaneis, & maioribus valuaſoribus, qui propriè hodie capitanei appellantur. Si verò facta fuerit à minoribus vel minimis valuaſoribus, aliud eſt. Tunc enim poſſunt deueſtiri non habita ratione culpæ: niſi fecerint hoſtem Romæ. tūc enim idem eſt in minimis, quod in maioribus valuaſoribus: vel niſi emerint feudum. tunc enim precium reſtituendum eſt ſecundum antiquum & rationabilem vſum. "Moderni autem non ita ſubtiliter cernentes, dicunt idem obſeruandum in minimis, quod dictum eſt in maioribus valuaſoribus.

"Cuia. Im propriè. vt & inf. paulo poſt.

" Mediolani. Cuiac.

DE SVCCESSIONE FEVDI.

"TITVLVS VIII.

"In vet. tit. 4.

Si habens feudum decedat maſculis & filiabus relictis, ſoli maſculi ſuccedunt in feudum, non filiæ ſeu fœminæ. Bald.

SEQVITVR de ſucceſſione feudi videre. Si quis igitur deceſſerit filijs & filiabus ſuperſtitibus: ſuccedunt tantùm filij æqualiter, vel nepotes ex filio, loco ſui patris

patris:nulla ordinatione defuncti in feudo manente,vel valente.

Feudo paterno alienato,vel de quo eſt filia inueſtita,ſuccedit maſculus ſuperſtes.Bal.

1 ¶ *Hoc quoque obſeruatur, vt ſi frater meus alienauerit partem ſuam feudi, vel fecerit inueſtiri filiam ſuam: ſi moriatur ſine herede maſculo, nihilo minus reuertitur ad me. & olim obſeruabatur vſq; ad quartum gradum tantum ſecundum quoſdam: hoc ideo,quia poſtea non vocatur feudum paternum. Alij autem dicunt vſq; ad ſeptimum gradum.*

Filia non ſuccedit in feudo, licet vaſallus deceſſerit ſine herede maſculo, niſi inueſtitura facta fuerit in patrem, vt filij & filiæ ſuccedant in feudum.Bald.

¶ *Filia verò non ſuccedit in feudo, niſi inueſtitura fuerit facta in patre, vt filij & filia ſuccedant in feudum (tunc enim ſuccedit filia filijs non extantibus) vel niſi inueſtita fuerint. Hæc de hoc feudo paterno. In alio verò feudo, quod habuit initium tantùm à fratribus, non ſuccedit vnus alteri, ſiue vna inueſtitura, ſiue duabus: niſi hoc fuerit dictum expreſſim, vt alter alteri ſuccedat.*

[a]QVI SVCCESSORES TENEANTVR.

[b]TITVLVS IX.

[a] Cuia. qualiter heres inueſtito ris teneatur.

[b] Tit. 5. Cuiac.

Inueſt

Inueſtitura papæ potentior eſt quam iuſiurandum. Bald.

SI quis inueſtitus fuerit de alieno feudo poſt mortem eius, vel ſi quis fuerit inueſtitus ſub conditione aliqua, vel tempore quo nullus erat inueſtitus: ſiue præmoriatur tenens feudum, ſiue inueſtitor, ſiue inueſtitus: inueſtitor & inueſtitoris heredes tenentur inueſtito vel heredi eius veniente tempore vel conditione: licet alij dicant, ſi moriatur inueſtitus antequam tenens feudum, vel ante conditionem exiſtentem, vel ante tempus, quòd heredes eius non debeant inueſtiri. nam ſi quis fuerit inueſtitus purè de alieno feudo, non valet habita inueſtitura. hoc ita eſt, niſi fuerit facta ab aliqua eccleſiaſtica perſona. tunc enim ſi præmoriatur inueſtitor antequam feudum tenens, vel conditio vel tempus exiſtat: non obligatur ſucceſſor illius. hoc probatur per legem Lotharij de precarijs. & hoc intelligendum eſt in vaſallis qui feudi ſucceßionem non habent.

DE CONTENTIONE INTER DOMINVM ET FIDELEM de inueſtitura feudi.

*Tit. 6. Cuiac.

*TITVLVS X.

Orta contentio inter dominum & fidelem de inueſtitura, decidi debet vel per pares curiæ, vel per iuramentum poſſeſſoris. Bald.

SI contentio fuerit inter dominum & fidelem de inueſtitura feudi, per pares curiæ dirimatur. Alij enim teſtes etſi idonei ſint, admittendi non ſunt. inopia tamen probationum dirimatur per religionem clientuli poſſeſſoris feudi, vel cum duodecim ſacramentalibus, ſecundum quoſdam. Cæterùm ſi dominus poſſideat, etiam per ſuum iuſiurandum cum duodecim ſacramentalibus dirimatur. hoc ita, niſi clientulus ſit gaſtaldus vel actor domini. tunc enim tantùm ſuæ, id eſt domini religioni ſtatur: niſi habeat teſtes pares idoneos. nam aliquando malignando multa bona auferuntur domino hoc modo. & hoc colligitur per legem quæ eſt in titulo de acquiſitione actorum regis in Lombardia. *Idem dicendum eſt de guardia.*

[DE PIGNORI DATO FEVDO QVID IVRIS SIT.]

Cuia. nō facit nouū titulū, vt nec Aluarot. nec And. Iſernias.

TITVLVS XI.

SIM

SIMILITER *ſi quis voluerit dicere de pignore ſibi dato ſe inueſtitum eſſe, nõ credatur ſuo iuramento, ſed teſtibus idoneis paribus domus vel curia. Inſuper ſciẽdum eſt feudum guardiæ & gaſtaldiæ quacunque hora vult, auferri poſſe à domino, ſcilicet poſt annum.*

DE CONTENTIONE [INTER ME ET DOMINVM DE portione] feudi fratris mei defuncti.

* Al. tit. 7. *TITVLVS XII.

Fratri ſuperſtiti defertur iuſiurandum, ſi partem habeat in feudo, de quo eſt contentio inter eum & dominum. Bald.

SI *contentio fuerit inter me & dominum de portione feudi fratris mei defuncti, dicendo paternum eſſe, & ſic me debere ſuccedere: ille verò minimè, tanquam habuerim partem meam, ſiue poſſideo, ſiue alienaui, dabitur mihi iuſiurandum, ſcilicet patrem meum iure inueſtitum fuiſſe: licet non poſſideam portionem fratris mei. Si verò nullam partem habuero illius feudi, nec mihi nec domino dabitur iuſiurandum, niſi propter ſupradictam rationem domino non, vt ego propter hoc*

hoc aliud meum feudum amittam. Si tamen vaſallus poterit probare paternum fuiſſe, ſiue poſsideat, ſiue non, obtinebit: alioqui niſi probet paternum fuiſſe, vel niſi poſsideat, dominus obtinebit.

DE ALIENATIONE FEVDI.

[a]TITVLVS. XIII.

[a]alias VIII.

Vaſallus hoc iure poteſt etiam ſine voluntate domini feudum alienare ad libellum vſque ad medietatem, & non in plus: & non per alium contractum. Bald.

SI clientulus voluerit partē ſuam feudi alienare, id eſt medium, ſine domini voluntate poterit hoc facere: vlterius progredi non poteſt, ſecundum iuſtum & verum vſum: alioquin & feudum amittit, & non valebit quod factum eſt. Quod dictum eſt alienare, intelligas de libello. [*Huic conſuetudini derogatum eſt per legem* Lotharij.] *Mediolanenſes verò irrationabiliter conſiderantes dicunt clientulum etiam alienare poſſe in totum, & ſine domini voluntate.* Inde poteſt *præſumi, ſi clientulus fecerit libellum in per-*

Incluſa ſunt adnotatio cuiuſdam interpretis, Cuiac.

petuum de feudo ſuo alicui eccleſiæ, non valet: ideo ſcilicet, quia nunquam reuerſurum ſit ad dominum, cum eccleſia non deſinat eſſe heres: quod obſeruandum eſt & in priuato ex natura perpetui libelli. Sed diuerſum obſeruatur in eccleſia quàm in priuato. Eccleſia enim cultrix & auctrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum: priuatus verò ſæpe obuiat iuſtitiæ. Etſi clientulus fecerit libellum, vel aliud de medietate feudi ſine domini voluntate: eo mortuo ſine legitimo herede maſculo (quod verbum ita intelligendum eſt in feudo, id eſt, ſine filio maſculo) reuertitur feudum ad dominum. Si verò cum domini voluntate totum, vel medium alienauerit, ſtabilis permaneat alienatio: fratri verò vel nepoti per libellum facta alienatio, etiam ſine voluntate domini. [*Item in feudo comitatus, vel marchiæ, vel aliarum dignitatum non eſt ſucceſſio ſecũdum rationabilem vſum: ſed hodie hoc eſt vſurpatum.*]

[v] Incluſa non habet editio Cuiac.

[a] Cuiac. de inueſtitura Marchiæ, Duc. vel Comit. & eius ſucceſſione & retentione.

[a] DE FEVDO MARCHIAE, VEL DVCATVS, VEL COMITATVS.

TITVLVS XIIII.

In feudis dignitatum non ſuccedit heres, niſi ſit inueſtitus. Bald.

DE MARCHIA, *vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua regali dignitate ſi quis inueſtitus fuerit per beneficium ab imperatore: ille tantum debet habere. heres enim non ſuccedit vllo modo, niſi ab Imperatore per inueſtituram acquiſierit.*

¶ 1 *Si capitanei, vel valuaſores maiores, vel minores inueſtiti fuerint de beneficio: filij vel nepotes ex parte filiorum ſuccedunt. Si vero vnus ex his filijs vel nepotibus ſine deſcendentibus maſculini ſexus heredibus mortuus fuerit, prædicti fratres vel nepotes per inueſtituram patris & aui in beneficium ſuccedunt. Et ſimiliter intelligendum eſt in conſobrinis.*

¶ 2 *Si duo fratres ſimul inueſtiti fuerint de beneficio nouo, & non de paterno: ſi vnus eorum ſine deſcendentibus maſculini ſexus mortuus fuerit, dominus ſuccedit, non frater* 3*: niſi pactum fuerit in inueſtitura, quòd frater fratri ſuccedat. Per pactum enim frater ſuccedit, non dominus. Et quod diximus de fratribus, vt vnus alij ſuccedat per pactum: idem dicendum eſt de filiabus, ſi hoc pactum conciliet: & ſic per pactum filiæ ſuccedunt.*

1 Cuiac. de ſucceſsione feudi capitaneorũ vel valuaſorum. Tit.x.

2 De ſucceſſione dñi in feudo eius q fratrem vel filiã habet. Tit.xj. Cuiac.

3 Frater: niſi hoc pactum conciliet, &c. aliter multo edit Cuiacius ex veteribus, vt ait, libris, quàm hic ſit editum. conferat igitur diligẽs lector.

Cuia. de ſucceſsione feudi materni non coniugalis. Tit. XIX.

"AN MARITVS SVCCEDAT VXORI IN BENEFICIO.

TITVLVS XV.

Maritus vxori non ſuccedit in feudo, etiam fœmineo, niſi ſpecialiter ſit inueſtitus. Bald.

SI fœmina habens beneficium & maritũ, moriatur: nullo modo ſuccedit in beneficium maritus, niſi ſpecialiter inueſtitus fuerit. Et *ſi ipſa fœmina filios dimiſerit: dicunt quidam filios non debere ſuccedere in beneficium matris, niſi ſpecialiter ſit dictum, vel inueſtiti fuerint: quia ſecundum vſum regni ad beneficium vocantur paternum, & non maternum.* Sed *ſecundum æquitatem dicamus filios debere ſuccedere.* Hoc *dicimus de capitaneis, & de maioribus valuaſoribus, & de minoribus: de minimis autem, & de ijs qui beneficium tenent à maioribus valuaſoribus, ſic ſeruetur ſicut inferius dicemus.*

DE FEVDIS DATIS MINIMIS VALVASORIBVS QVID iuris ſit.

Cuia. Tit. XIII.

"TITVLVS. XVI.

Minores valuaſoribus minimis feudum auferre poſſunt quandocunque, precio tamen reſtituto, ſiquod acceperint. Bald.

SI minores valuaſores beneficium tollere voluerint minimis valuaſoribus, licet eis facere: excepto ſi beneficium vendiderint eis. Si vero precium de beneficio acceperint, tunc aut precium reddant, aut beneficium dimittant.

"QVIBVS MODIS FEVDVM AMITTATVR.

Cuia. qualiter capitanei vel valuaſores feudo priuētur. Tit. XIIII.

TITVLVS XVII.

SI capitanei, vel maiores valuaſores, qui hodie vocantur capitanei (licet improprie dicantur minores) ſeniores in bello dimiſerint, vel ſi credentiam ad eorum damnum ſcienter manifeſtauerint, ſi valuaſores ſeniorum vxores adulterauerint, ſi ſcienter ſeniores aſſalierint, vel ſimiles culpas commiſerint: beneficio carere debent.

"APVD QVEM VEL QVOS CONTROVERSIA FEVDI DEfiniatur.

Cuia. de cōtētione feudi inter capitaneos vel valuaſores Tit. XV.

TITVLVS XVIII.

SI contentio fuerit de beneficio inter capitaneos, coram Imperatore definiri debet. Si vero fuerit contentio inter minores valuaſores & maiores de beneficio: in iudicio parium definiatur, vel per iudicem curtis.

"Cuiac. quando per alienationē capitanei vel valuaſores feudo priuētur. Tit. 16.

"*Si aliquis de capitaneis, vel de maioribus valuaſoribus, vel de minoribus ſuum beneficium, ſiue totum, ſiue partem alienauerit: et ipſe vel heres eius ſine herede deceſſerit: quia beneficium ſenioribus aperitur, totum quod fecit, reuocari debet.*

"De ſucceſſiōe & culpis militis fidelis. tit. 17. Cuia.

"CONSTITVTIONES FEVDALES DOMINI LOTHARIJ Imperatoris, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana condidit obſeruandas.

TITVLVS XIX.

SI quis ex militum ordine deceſſerit, qui de feudo inueſtitus fuerit: vt conſtitutum habemus, obſeruetur de beneficio & ſucceſſione, & culpis. Si vnus inculpatus fuerit vna de his nominatis culpis, vt habemus inſertum, obſeruetur per conſtitutionem domini Lotharij Imperatoris, quæ eſt conſtituta tēpore Eugenij papæ, ante iannam beatiſſimi

tiſſimi Petri apoſtoli in ciuitate Romana per laudamentum ſapientum Papiæ, atq; Mediolani, Mantuæ, Veronæ, quæ Brenus (aliàs Hybernus) vocatur, & Parmæ, Lucæ, & Piſæ, & Syponti, & marchionum atq; ducum vel capitaneorum, atq; valuaſorum maiorum.

Decedente milite vaſallo ſuccedit ſibi filius, & nepos ex eo, & frater: quinimo & patruus, ſi feudum ſit auitum. Bald.

Imperator Lotharius Eugenio papæ, & vniuerſo populo.

SI "*quis miles mortuus fuerit ſine filio maſculo, & nepotem reliquerit: in beneficium aui in patris vicem ſuccedit. Et ſi heredem & fratrem reliquerit, in beneficium patris ipſe ſuccedit. Et ſi filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium aui defuncti ſuccedat.*

" Qualiter nepos vel patru⁹ ſuo cedat in feudo aui to. Tit. 18. Cuiac.

"DE BENEFICIO FRATRIS, ET QVALITER FRATER IN beneficium fratris ſuccedat.

" Quando frater fratri ſuccedat in feu do. Tit. 18. Cuiac.

TITVLVS XX.

Frater fratri defuncto ſine filio non ſuccedit in feudo nouo. Bald.

SI quis acquiſierit beneficium, & ſine filio maſculo mortuus fuerit, & fratrem reliquerit: frater non ſuccedat fratri, ſed dominus habeat, niſi per inueſtituram à domino ordinatum fuerit, vt frater ſuccedat fratri, ſi mortuus fuerit ſine herede maſculo: vel ſuccedat frater fratri morienti ſine filio: vel niſi beneficium de communibus bonis fuerit emptum: vel vtriuſque nomine domino ſciente: ſi inſimul ſteterint: vel in hoſtem regis acquiſierint.

---

[a] Cuia. Vt miles feudũm non amittat niſi ex certa culpa. Tit. xx.

[a] DE FEVDO SINE CVLPA NON AMITTENDO.

TITVLVS XXI.

SAncimus, vt nemo miles ſine cognita culpa beneficium ſuum amittat, ſi ex culpis ijs vel cauſis conuictus non fuerit, quas milites vſi ſunt nominare quando fidelitatem faciunt dominis ſuis, vel per laudamẽtum parium ſuorum: [b] *vel ſi dominis ſuis deſeruire noluerint, tunc conditio cauſa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non ſeruit domino. Nam ſi ſteterit viginti annis & vltra quòd non ſeruierit domino: niſi neceſſe fuerit domino, feudum non amittit.*

[b] Vide Cuiac. editionem, quæ hunc locũ emendat.

Vaſall

* vaſallus feudo priuatur alienando: cum vxore domini concũbendo:& in pugna cum poſſet eum iuuare, dimittendo. Bald.

* Cuiac. Quot modis miles beneficiũ ſuũ amittat. Ti.xxj.

SI quis miles beneficium ſuum vendiderit totum ſine voluntate vel iuſſu domini ſui: vt proprium beneficium amittat decernimus, dominus verò habeat: vel ſi concubuerit cum vxore domini ſui domino viuente: vel ſi in pugna ſuum dominum dimiſerit: & cum eo non laborauerit, ſi potuerit.

*[QVO TEMPORE MILES INVESTITVRAM PEtere debeat.]

* Cuia. nõ habet hic nouum titulũ, & ſic continéter legit, Si potuerit, ſeu vltra annũ & menſem & diẽ vadat, &c.

TITVLVS XXII.

Si miles intra annum & menſem poſt mortem domini non petat inueſtiturani ab eius herede, vel poſt mortem patris à domino: perdit feudũ. Bart.

SAncimus, vt nemo miles vltra annum & menſem vadat vt inueſtituram beneficij ſui à filio vel ſucceſſore domini ſui petat, vel poſt mortem domini ſui, vel patris ſui, vel alterius cui ſuccedere debet: niſi iuſta cauſa interuenerit quare nõ petierit: veluti mortis, vel capitales inimicitiæ, vel infantia, vel iuſta abſentia: & ſi (vt ſuprà dictum eſt) non petierit, damnetur.

Cuiac. de inueſtitura quam facit dominꝰ ſine conſenſu fidelis. Tit. 22.

SI "*quis fecerit inueſtituram vel cambium de beneficio ſui militis, ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium: pro non facto habeatur.*

"Miles non poteſt deueſtiri à domino ſine culpa, & cauſa cognita, & conuicta per laudamenta parium. Bald.

Cuia. Vt miles fidelis de poſſeſſiōe feudi nō eiiciatur ſine culpa. Tit. 23.

S"*Ancimus vt nemo miles adimatur de poſſeſſione ſui beneficij, niſi conuicta culpa: quæ ſit laudanda per iudicium parium ſuorum, ſicut ſuprà diximus. Si autem dixerit miles, quòd ſui pares iniquè iudicaſſent: miles in poſſeſſione maneat per ſex hebdomadas: & ad noſtram veniat præſentiam cum illis qui laudamentum atque iudicium fecerint: & ante nos definiemus.*

"DE CONTENTIONE INTER DOMINVM ET VASALlum de inueſtitura feudi.

Cuiac. Si dominꝰ inueſtiturā feudi negauerit cū fidelis eſt ī poſſeſſiōe feudi. Tit. 24.

TITVLVS XXIII.

Si inter militem vaſallum & dominum contentio ſit de inbeſtitura: domino deficiente in probatione, vaſallo poſsidenti defertur iuſiurandum: domino autem poſsidente, militi vaſallo incumbit probaiio. Bald.

SI quis miles in poſſeſſione ſui beneficij fuerit, & dominus inueſtituram negauerit: miles affirmet per iuſiurandum, ſi potuerit, quod ſuum ſit beneficium per inueſtituram domini ſui: & ſi dominus poſſederit, & miles ſic dixerit, quòd inueſtitus fuerit à domino ſuo, & dominus negauerit: adhibeantur pares illius, & per ipſos inueniatur veritas: & ſi pares non fuerint, veritas inueniatur per dominum: quia non eſt bonum vt veritas denegetur.

---

[a]QVEMADMODVM FEVDVM AD FILIAM PERTINEAT.

[a]Cui. Vt filia in feudo nō ſuccedat niſi fuerit inueſtita. Tit. 25.

TITVLVS XXIIII.

Vaſallo defuncto ſine liberis, filia non ſuccedit in beneficio patris. Bald.

SI quis ſine filio maſculo mortuus fuerit, & reliquerit filiam: filia non habeat beneficium patris, niſi à domino redemerit. Si autem dominus ei dare voluerit propter ſeruitium & amorem patris: non reuocetur ab vllo ex parentibus ſuis, neque damnetur.

---

[a]QVIBVS MODIS FEVDVM CONSTITVI POTEST.

[a]Cuia. feudū ſine inueſtitura non cōſtitui. Tit. 26.

Feud

Feudum ſine inueſtitura conſtitui non poteſt. Baldus.

Sciendum eſt feudũ ſine inueſtitura nullo modo conſtitui poſſe, etiam ſi domino iubẽte quis alicuius rei nomine feudi poſſeſſionem nanciſcatur, & teneat: licet tamen poſſeſſionem taliter adeptam, dum vixerit, quaſi feudi nomine retinere: herede eius in hoc iure nullo modo ei ſuccedente.

[a] Feudum non traditum morte domini clerici perimi. Tit. xxvij. Cuiac.

"*Si dominus qui inueſtiuit, fortè ſit clericus, & contigerit vt antè moriatur, quàm vaſallus poſſeſſionem feudi nanciſceretur: exinanitur feudum, quod generaliter in omnibus clericis qui feudum dant, obſeruatur.*

---

[b] Cuiac. de cõtentione inueſtituræ feudi inter dominum & vaſallum. Tit. xxviij.

"SI DE INVESTITVRA INTER DOMINVM ET VASALLUM LIS ORIATUR.

TITVLVS XXVI.

SI inter dominum & vaſallum lis oriatur de inueſtitura feudi, domino ſcilicet inueſtituram ſe feciſſe negante: ſi teſtibus res probari non poterit, poſſeſſoris ſacramento res decidatur. Idem & in eorum ſucceſſoribus obſeruatur. Si vero teſtes interfuerint, & eos vaſallus ad teſtimonium vocauerit: eorum

rum teſtimonio cum ſacramento credatur. Te-*ſtes vero ſint pares eius, & qui ab eodem domino feudum teneant: qui ſi tempore inueſtitionis abſuerint, etiam extranei ſunt recipiendi, qui etiamſi veritatẽ celare voluerint, fortè amore, vel precio, vel alia qualibet ex cauſa, à comite, vel à populo iurare compellantur, quòd ex ea cauſa falſitatem non dicant, nec vera ſcientes taceburt.* His *enim non cogentibus eos, vaſallus cum ipſo domino ad* Imperatorem *ire feſtinet: eíque cauſam intimet: & quod* Imperator *inter eos iudicauerit, obſeruetur.* Si *autem ſe vẽturum, vel nuncium miſſurum vaſallus promittat: ex quo promiſerit, vſque ad annum quietè poßideat.* Si *verò ad regem non venerit, vel non miſerit intra annum, domini ſacramento cauſa finiatur.* Et *ſi teſtes ſacramento iam dicto præſtito ſe non interfuiſſe dixerint, domini ſacramento quæſtio terminetur.* Hac *omnia etiam in clericorum perſonis locum habent, præterquam quod de perſonis teſtium dictum eſt.* In *clericorum feudo pariter accipiuntur pares, & extranei: hoc ideo, quia cum clerici quoſdam de feudo inueſtiunt, ſæpe abſconſe, & ſine præſentia ſuorum confratrum hoc facere ſtudent.*

Orta contentione inter dominum & vaſallum, ſi vaſallus dicit ſe vel patrem ſuum inueſtitum, debet

debet probare per teſtes ſaltem duos ſuam intentionem. Bald.

¶ *Si quis ſe vel patrem ſuum ab aliquo defuncto, vel patre eius, de feudo inueſtitum eſſe contenderit: niſi per duos pares de domo ipſius domini probauerit quod intendit, vel etiam cum pares abſunt, per alios idoneos duos teſtes: tūc in electione domini eſt, vtrum velit iurare cum duodecim ſacramentalibus, illum qui feudum quærit, per ſe, vel patrem eius, ſi de hoc quæratur, de ipſo feudo inueſtitum non fuiſſe. Quòd ſi iurare noluerit, actor iuret cum duodecim ſacramentalibus, ſe, vel patrem ſuum inueſtitum fuiſſe. Quòd ſi iurare noluerit: qui conuenitur, eſt abſoluendus. Secundum enim morem Mediolanenſium hæc ſacramenta præſtanda ſunt tam à filijs actoris vel rei, quàm ab ipſis principalibus perſonis. Si autem aliquis in poſſeßione feudi ſit, de quo dominus dicit eum inueſtitum non fuiſſe: tunc ſine probatione vlla teſtium debet ſolus iurare ſe vel patrem ſuum fuiſſe inueſtitum. Hæc autem ſunt ita tenenda, ſi per vnum annum ſciente Domino, & non contradicente in poſſeßione feudi permanſit. Alioquin iuſta ignorantia, vel parui temporis negligentia cum iniquæ poſſeßionis periurio quandoque domino in poſſeßione damnum afferat.* 1

DE

"DE FEVDO DATO IN VICEM LEGIS COMMISSORIAE reprobando.

"Cuia.De f.d.l.commiſſoria. Tit. 29.

TITVLVS XXVII.

Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ. Bald.

S*I quis obligauerit aliquam rem pignori eo pacto, vt ſi ſtatuto tempore pecunia ſoluta nō fuiſſet, res eſſet creditoris: & eam pro feudo habeat: poteſt debitor quandocunq; pecuniam ſoluendo, pacto nō obſtante pignus recuperare. Feudum enim nō ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini acquirendum eſt.*

S*I " quis inueſtierit aliquem de feudo ſui militis, viri* Placentini *prorſus aſſerunt hanc inueſtituram non aliter valere, niſi eo conſentiēte cuius erat feudum.* Medio*lanenſes &* Cremon*enſes nihil diſtare aſſeuerant, vtrum eo ſciente, vel ignorante, dummodo eo viuente nullum detrimentū de feudo ſuo ſibi contingat.* Hoc *autem dicendum eſt de eo milite qui feudi ſucceſſores non habet.*

"Culac. Si dominus inueſtierit aliquē de feudo ſui militis. Tit.xxx.

"DE VSV MEDIOLANENSIVM SECVNDVM QVOSDAM.

"Cuiac. Si dominus fundū militi ſuo obligauerit. Tit.xxxj.

TITVLVS XXVIII.

Filio militis dicenti patrem inueſtitum de pignore, & xxx.ann.nomine feudi poſſediſſe, defertur iuſiurandum. Iacob. de Bel.

QVIDAM obligauerat terram quandam ſuo militi: deinde cum filius ſui domini longum poſt tẽpus pecuniam offerendo pignus liberare voluiſſet: filius militis contendebat patrem ſuum à domino ſuo defuncto de prædicto pignore inueſtitionem feudi accepiſſe. Vnde viri prudentes Mediolanenſes interrogati laudauerunt, in electione filij militis eſſe, cum xij. ſacramentalibus iurare, patrem ſuum, vel ſe à domino ſuo per inueſtituram prædictam terram tenuiſſe: ita vt per xxx. annos conteſtatio pignoris à parte domini aduerſus ipſum vel patrem ſuum facta non fuiſſet. Si autem ipſe iurare noluerit: filius defuncti domini neceſſe habet iurare cũ duodecim ſacramentalibus, defunctum militem inde per feudum, inueſtitum non fuiſſe. Quod ſi ita iurare recuſet, inueſtire ipſum filium militis domini filius de iam dicta terra per feudum debet.

OBERTI

OBERTI DE ORTO DE FEVDIS, LIBER SECVNDVS.

ᵛDE FEVDI COGNITIONE. TITVLVS I.

ᵛCuia. De feudis ſiue eorũ conſuetudine Mediolanẽſi.tit.1.

Cauſæ generaliter aut deciduntur iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut conſuetudine: ſed cauſæ feudales deciduntur conſuetudine. Bald.

OBERTVS de Orto, Anſelmo filio ſuo dilecto ſalutem. Cauſarum quarũ cognitio frequenter nobis committitur, aliæ dirimuntur iure Romano: aliæ vero legibus Longobardorum: aliæ autem ſecundum regni conſuetudinem. quæ quanquam ſint variæ, & quanquam ſecundum diuerſorum locorum aut curiarum mores ſint diuerſæ, nec breuiter poßint dici, nec hoc libello facile comprehendi: vſum tamen feudi qui in no-

ſtris partibus obtinet, prout poſſibile eſt, exponere tibi neceſſarium duxi. In iudicio etenim quod de feudis agitur, illud legibus noſtris contrarium dici ſolet. Legum autem Romanarum non eſt vilis authoritas: ſed non adeo vim ſuam extendunt, vt vſum vincant, aut mores. Strenuus autem legiſperitus, ſicubi caſus emerſerit qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus, abſq; calumnia vti poterit lege ſcripta.

Cuia. In quibus rebus feudũ conſiſtat. tit. 2.

Sciendum eſt autem feudum ſiue beneficiũ non niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus, aut in iis quæ inter immobilia connumerãtur (veluti cum de camera, aut de cauena feudũ datur) poſſe conſiſtere: ac feudum neminem poſſe acquirere, niſi inueſtitura aut ſucceſſione.

De inueſtitura feudi. tit. 3. Cuiac.

QVID SIT INVESTITVRA.

TITVLVS II.

Inueſtitura alia propria, vt poſſeſsio: alia abuſiua, vt quando haſta vel aliud corporeum porrigitur vaſallo à domino pro inueſtitura. Bald.

INVESTITVRA *quidem proprie dicitur poſſeſſio: abuſiuo autem modo dicitur inueſtitura, quãdo haſta vel aliud corporeum quidlibet porrigitur à dom*

à domino feudi ſe inueſtituram facere dicente: quæ ſi quidem ab illo fiat qui alios habet vaſallos, ſaltem coram duobus ex illis ſolenniter fieri debet: alioqui licet alij interſint teſtes, inueſtitura minime valeat. Si enim domino adhuc in poſſeßione conſtituto, an facta ſit inueſtitura quæratur: non debet probare, niſi per pares curtis illius domus, vel per publicum inſtrumentum, à tribus vel à duobus paribus confirmatum. Nam ſi inſtrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amiſſum ſit: tunc qui probare deſiderat, pares curiæ illius qui interfuerint, offerat. qui ſi denegauerint, forte corrupti odio vel gratia ſeu precio, & dicant ſe non interfuiſſe cum inueſtitura facta fuerat, vel non reminiſci: tunc domino cogente iurent tactis ſacroſanctis ſcripturis, quòd huius rei veritatem neſciant: & tunc actor aut alios producat pares, aut iuriſiurandi domino detur electio: vt proinde iuret inueſtituram factam non eſſe: aut ſacramentum vaſallo referat: & ille aut iuret, aut acquieſcat. Quòd ſi iurare pares aliqua ex cauſa recuſauerint, nec dominus eos iurare compellat: licet vaſallo etiam per extraneos probare inueſtituram. Teſtibus vero deficientibus, iuriſiurandi electio domino detur.

Vaſallo poſsidenti feudũ cauenæ, non opus eſt probatione: ſed aut iuret, aut deferat. Bald.

¶ Si vero vaſallus quidem poſsideat, vel ſi feu- 1
dum cameræ aut cauenæ in duabus ſeu tribus acceptionibus quietis quaſi poſsideat, dominus autem feudum negans eſſe, rem ſuam petat: vel quod de camera vel de cauena bis vel ter (ſicut diximus) iam ſolutum eſt, deinceps ſoluere renuat: tunc non eſt opus probatione: ſed poſsidenti data electione, aut iuret ſuum eſſe feudum rectum, aut domino referatur iuſiurandum. Si autem inueſtitura ab eo qui vaſallos nõ habebat, dicatur facta: tunc per quoſlibet idoneos teſtes, aut per publicum inſtrumentum probari poteſt: aut inopia probationis emergente, res decidatur per iuſiurandum.

Contentione orta inter dominum & vaſallum de pactis appoſitis inter eos præter conditionem feudi vel naturã, domino quidem incumbit probatio: eo autem in probatione deficiente, vaſallo defertur iuſiurandum. Bald.

¶ Præterea ſi aliquis tenor præter communem 2
feudi rationem in inueſtitura à domino dicatur interueniſſe: vel ſi dicatur feudum ſub tali conditione dediſſe, vt vaſallus in feſtiuis diebus vadat cum vxore ſua ad eccleſiam: omni facultate probandi domino adempta, habeat vaſallus poteſtatem defendendi ſe per ſacramentum. Item ſi vaſallus per pactum ſpeciale contra feudi conſuetudinem allegat, velut de filiarum ſucceſsione: liceat ei tenorem, ſi poteſt,

ſicut

ſicut inueſtituram probare. quòd ſi in probatione defecerit, vel ceſſauerit: concedatur domino hoc denegare iureiurando præſtito.

PER QVOS FIAT INVESTITVRA, ET PER QVOS recipiatur.

Apud Cuiac. De Inueſtitura veteris vel noui beneficij. tit. 4.

TITVLVS III.

Vetus inueſtitura fieri poteſt etiam à maiore, vel à quocunque: noua autem non poteſt. Bald.

INVESTITVRA *autẽ aut fit de veteri beneficio, aut de nouo. quæ de veteri fit, etiam à minore poteſt fieri. Siue autem à minore, ſiue à maiore fiat: non de omni poſſeſſione vaſalli, ſed de iuſta tantùm facta intelligitur: niſi aliud nominatim dicatur. Noui vero inueſtitura feudi non ab alio rectè fit, niſi ab eo qui legitime ſuorum bonorũ adminiſtrationem habet. Qui enim qualibet ratione aliquid de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit inueſtituram facere.*

Res cuius alienatio prohibetur, in feudum dari non poteſt. Bald.

¶ *Sed etiam res cuius alienatio prohibetur,*

nec per beneficium dari conceditur, niſi in caſibus: vt ecce ſi quis ex agnatis tuis rem quæ à communi parente per ſucceſsionem ad eum peruenerit, alienare voluerit: non permittitur ei etiam ſecundum antiquam conſuetudinem alij eam vendere, niſi tibi, vel alij proximiori pro æquali precio accipere volenti. per feudum tamen cuilibet dari poteſt: niſi fiet in fraudem noſtræ conſuetudinis, vel legis nouæ bonæ memoriæ Lotharij *vel Friderici imperatoris. tunc enim reſciſſa inueſtitura, reddito à te vel ab alio proximiori, videlicet ſecundum antiquam conſuetudinem, precio, ſi quod dederit: is qui inueſtituram accepit, compellatur rem tibi reſtituere.* Perſonam *vero inueſtituram accipientis non diſtinguimus. nam etiam ſeruus inueſtiri poterit, niſi ignorantia prætendatur.* Sed *vtrum ipſe vel alius pro te inueſtituram faciat vel ſuſcipiat, nihil intereſſe putamus. poteſt enim hoc negocium & per procuratorem ab vtraque parte expediri. Fœminam quoque etiam noui feudi inueſtituram facere poſſe plerique conſentiunt.* Nulla *autem inueſtitura debet ei fieri qui fidelitatem facere recuſat: cum à fidelitate feudum dicatur, vel à fide: niſi eo pacto acquiſitum ſit ei feudum, vt ſine iuramento fidelitatis habeatur.*

QVID

[r]QVID PRAECEDERE DEBEAT, AN INVESTITVRA, VEL fidelitas.

[r] Non eſt nouus tit. apud Cuiac.

TITVLVS IIII.

Fidelitatem præcedere debet inueſtitura. Bal.

VTRVM *autem præcedere debeat fidelitas inueſtiturã, an inueſtitura fidelitatem, quæſitum ſcio: & ſæpe reſponſum eſt, inueſtituram debere præcedere fidelitatẽ. Fidelitatem autẽ dicimus iuſiurandũ quod à vaſallo præſtatur domino.*

QVALITER IVRARE DEBEAT VASALLVS DOMINO fidelitatem.

[r] De iuramẽto fidelitatis & qualiter vaſallus iuret domino. tit. 5.

TITVLVS V.

Vaſallus domino iurare debet quòd ſibi erit fidelis: & quòd credentiam ſibi commiſſam non manifeſtabit. Bald.

QVALITER *autem debeat iurare vaſallus fidelitatem, videamus. Iurare ſcilicet ſic debet:* Ego *iuro ad hæc ſancta dei euangelia, quòd amodo in antea ero fidelis huic, ſicut*

debet eſſe vaſallus domino: nec id quod mihi ſub nomine fidelitatis commiſerit dominus, pandam alij ad eius detrimentum, me ſciente. Si vero domeſticus, id eſt familiaris eius ſit, cui iurat: aut ſi ideo iurat fidelitatem, non quòd habeat feudum, ſed quia ſub iuriſdictione ſit eius cui iurat: nominatim vitam, membrum, mentem, & eius rectum honorem cuſtodire iurabit.

DE FORMA FIDELITATIS.

*TITVLVS VI.

* Deeſt in meliorib. libris hoc caput vt & ſequẽs, teſte Iaco. Cuiac. ad hũc locũ.

Vaſallus & dominus ſibi inuicem auxilium & conſilium præſtare debent. Bald.

IN *epiſtola Philiberti epiſcopi in decretis xxij. cauſa, de forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus: hæc vobis quæ ſequuntur, breuiter ex librorum authoritate notaui. Qui domino ſuo fidelitatem iurat, iſta ſex in memoria ſemper habere debet, incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, poßibile.* I*ncolume: ne ſit in damno domino ſuo de corpore ſuo. Tutum: ne ſit ei in damno de ſecreto ſuo, vel de munitionibus ſuis per quas eſſe tutus poteſt.* H*oneſtum: ne ſit ei in damno de ſua iu-*

ſtitia,

ſtitia, vel de alijs cauſis quæ ad honeſtatē eius pertinere videntur. Vtile: ne ſit ei in damno de ſuis poſſeſſionibus. Facile vel poſſibile: ne id bonum quod dominus ſuus facere leuiter poterat, faciat ei difficile: néve id quod poſſibile ei erat, faciat impoſſibile. Vt fidelis hæc documenta caueat, iuſtum eſt. Sed quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt: reſtat vt in ſex prædictis conſilium & auxilium domino præſtet, ſi beneficio vult dignus videri, & de fidelitate eſſe ſaluus. Dominus quoque in his omnibus vicem fideli ſuo reddere debet. quod ſi non fecerit, merito cenſebitur malefidus, ſicut ille qui in eorum præuaricatione vel faciendo vel conſentiendo deprehenſus fuerit perfidus & periurus.

DE NOVA FORMA FIDELITATIS.

TITVLVS VII.

Traditur hic noua forma iuriſiurandi fidelitatis quod præſtat vaſallus domino. Bald.

EST *& alia de nouo ſuper fidelitatis iuramētō forma inuenta, & vtentium approbata conſuetudine: quæ hodie ferè in omni curia*

videtur obtinere: hæc ſcilicet: Ego Titius *iuro ſuper hæc ſancta dei euangelia, quòd ab hac hora in antea vſque ad vltimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi* Caio *domino meo contra omnem hominem: excepto* Imperatore *vel rege.* Q*uod verbum ſi recte intelligatur, nulla quidem indiget adiectione, ſed integram & perfectam in ſe continet fidelitatem: ſed propter ſimplices, & nominis ſignificationis ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adijci ſolet: id eſt:* Ego *iuro quòd nunquam ſcienter ero in conſilio vel auxilio vel in facto quòd tu amittas vitam vel membrum aliquod: vel quòd tu recipias in perſona aliquam læſionem vel iniuriam vel contumeliam: vel quòd tu amittas aliquem honorem quem nunc habes, vel in antea habebis. & ſi ſciuero vel audiuero de aliquo qui velit aliquod iſtorum contra te facere, pro poſſe meo, vt non fiat, impedimentum præſtabo.* Et *ſi impedimentum præſtare nequiuero: quàm cito potero, tibi nunciabo: & contra eum prout potero, auxilium meum tibi præſtabo. & ſi contigerit te rem aliquam quam habes vel habebis, iniuſte vel fortuito caſu amittere, eam recuperare iuuabo, & recuperatam omni tempore retinere.* Et *ſi ſciuero te velle iuſte aliquem offendere, & inde generaliter vel ſpecialiter fuero requiſitus: meum tibi ſicut potero, præſtabo auxilium.*

lium. Et ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſtaueris, illud ſine tua licentia nemini pandam, vel per quod pandatur, faciam. & ſi conſilium mihi ſuper aliquo facto poſtulaueris: illud tibi dabo cõſilium quod mihi videbitur magis expedire tibi: & nunquam ex perſona mea aliquid faciam ſcienter quod pertineat ad tuam vel tuorum iniuriam vel contumeliam. Inueſtitura vero facta, et fidelitate ſubſecuta, omni modo cogatur dominus inueſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere. quod ſi differat, omnem vtilitatem ei præſtabit.

DE INVESTITVRA DE RE ALIENA FACTA.

TITVLVS VIII.

Miles ignorans à comite de aliena re aut impignorata inueſtitus, habet contra dominum actionem pro euictione: ſciens autem non niſi ſtipulatio aut pactum interuenerit. Bald.

CVM *de re aliena vel alij obligata inueſtitura fiat: illud diſtinguitur, vtrũ ſcienti, an ignoranti facta ſit. Qui enim aliena rei ſciẽs inueſtiturã accepit: niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit, de euictione agere nõ poterit: ignorans vero recte ageti*

aget, vt aliud eiuſdem bonitatis ſeu quantitatis ei præſtetur. Sed in eo nulla eſt differentia qui inueſtituram fecit, vtrum ſciuerit vel ignorauerit.

* De iure quod vaſallus habet. tit. 9. Cuiac.

**Rei autem per beneficium rectè inueſtita vaſallus hanc habet poteſtatem, vt tanquam dominus poßit à quolibet poßidente ſibi quaſi vindicare: & ſi ab alio eius rei nomine conueniatur, defenſionem opponere. nam & ſeruitutem eidem rei debitam petere poteſt & retinere. Quid ergo ſi precio vel dolo, aut incuria ſeruitutem rei beneficiariæ imponi patiatur, & ad dominum ex qualibet cauſa poſtea beneficium reuertatur: an ex eo præiudicium domino generetur, quæſitum fuit. & reſponſum eſt, vt vaſallo quidem, donec feudum tenet, poßit obeſſe: domino autem, etſi per longa tempora perſeuerauerit ſeruitus, minimè noceat.*

Vaſallus poteſt feudi conditionem facere meliorem, non deteriorem in alterius præiudicium. Bartol.

¶ *Econtrario autem ſi quid feudo à vaſallo additum ſit: ſi quidem tale adiectum ſit, quod per ſe ſubſiſtere poßit, id eſt vt per ſe cenſeatur vt prædium: id non accreſcit feudo. Si verò per ſe non poßit ſubſiſtere, vt ſeruitus: pleriſq; placet feudo accedere, & ſicut partem feudi diſponendam eſſe. meliorem namq; conditionem feudi facere poteſt: deteriorem verò ſine domini* 1

volunt

voluntate, vel eorum agnatorum ad quos per ſucceßionem pertinet, facere non poteſt.

Feudum alienari non poteſt in alium, quinimmo nec pignori obligari. Bald.

2 ¶ *Quamuis enim poſſeßio per beneficium ad eum pertineat, tamen proprietas ad alium ſpectat: & ideo quarta ſiue tertia ratione, quæ à* Longobardis *ſeu à* Romanis *viris vxoribus fieri ſolet, poſt mortem viri ad mulierem nihil pertinet. nam nec pignus, quod conſultum dicitur, fieri poteſt ex feudo.*

QVALITER OLIM POTERAT FEVDVM ALIENARI.

TITVLVS IX.

Olim regulariter vẽditio feudi pro parte dimidia permittebatur, altera parte retenta. Bald.

EST *autem optima conſuetudine interdicta feudi alienatio: ſuper qua multa & diuerſa ſententia dabantur in ſingulis ciuitatibus, ſeu curijs: donec* Imperator *diua memoria* Lotharius *tertius promulgauit ſuper hoc nouam conſtitutionem, qua poſita eſt in titulo de beneficijs.* Neceßitate *namq; ſuadente poterat olim vaſallus domino inſcio*

vel

Apud Cuiac. nõ eſt hic diſtinctus tit.

Cõſuetudo in quã tũ prohibitoria quia cũ feud. cõcederetur ob ſingularem induſtriã & fidẽ vaſalli, non debebat eũ poſſe in aliũ trãsferre. argu. ff. de offi. præf. præt. l. 1. & ff. de of. eius cui mã. eſt iuriſd. l. 1. in prin. ſecundum Ala. et Bartol.

vel inuito feudi partem vendere, retenta videlicet alia parte. Si verò vel totum vel partem volebat per feudum aliquem inueſtire: hoc licebat ei ſine fraude facere. Si autem diſſentiente domino vendebat, ſiue per feudum inueſtiebat (quod & ipſum ſyncere hodie & ſine fraude licet ei facere) ſi tamen ſine herede maſculo deſcendente decedebat, vel feudum in manu domini refutabat, aut alia fortè ratione intercedente culpa amittebat: tunc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur: eo excepto, quòd ille qui ſecundo loco beneficium acceperat, non amittebat, ſi priori domino ſeruire, & ab eo feudum recognoſcere volebat.

Caſus enumerat in quibus etiam de iure antiquo alienatio fuerat prohibita. Bald.

¶ D*onare autem, aut iudicare pro anima, vel in dotem pro filia dare, nullius curiæ poterat conſuetudine: licet poſſet locare, niſi locatio eſſet fraudulenta alienatio: ſicut eſt per libellum, vt dicatur venditio. Quis enim dubitat, quòd libellario nomine ſub viliſſima duorum denariorum penſione perpetuo concedatur vtendum, alienatum in fraudem eſſe?* P*orrò ſiuè de bona conſuetudine, ſiue de praua quaramus, conceſſa erat domino pro æquali precio redemptio: niſi hoc beneficium amiſerit dominus per refutationem, vel annali ſilentio, ex quo ſciuerit, computando.* P*raſcriptione autem* 1

triginta annorum ſubmouebatur tam ſciens, quàm ignorans: in prohibendo autem vel redimendo potior erat proximi agnati quàm domini conditio: ſi tamen feudum erat paternum. De illa verò feudi alienatione quæ à domino fit, ſi dubitetur, lex imperatoris Corradi conſulatur: quæ poſita eſt in iam dicto titulo de beneficijs.

---

*QVIS DICATVR DVX, MARCHIO, COMES, CAPITAneus vel valuaſor.

*Denominibus vaſſallorũ. ti. x. Cuiac.

TITVLVS X.

QVI à principe de ducatu aliquo inueſtitus eſt: dux ſolito more vocatur. Qui verò de marchia: marchio dicitur. Dicitur autẽ marchia, quia *marcha, & vt plurimum iuxta mare ſit poſita. Qui verò de aliquo comitatu inueſtitus eſt, comes appellatur. Qui verò à principe vel ab aliqua poteſtate de plebe aliqua vel plebis parte per feudum eſt inueſtitus, is capitaneus appellatur. qui propriè valuaſores maiores olim appellabantur. Qui verò à capitaneis antiquitus beneficium tenent, valuaſores ſunt. Qui autem à valuaſoribus

*Aliàs quia tenet quod eſt iuxta mare, cũ plerũq; iuxta mare ſit poſita.

bus feudum quod à capitaneis habebatur, ſimiliter acceperint: valuaſini, id eſt minores valuaſores appellantur: qui antiquo quidem vſu conſuetudinem feudi nullam habebant. Valuaſore autem ſine filio mortuo, feudum quod valuaſori minori dederat, ad capitaneum reuertebatur. Sed hodie eodẽ iure vtuntur in curia Mediolanenſi, quo & valuaſores. Cæteri verò qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet nouiter à capitaneis ſeu à valuaſoribus acquiſierint, plebeij nihilominus ſunt. Nam illi qui ſoldatam habuerunt vel acceperunt vel habent: per eam nullum pedagium, ſed nec feudi vſum acquirunt. Soldata autem eſt præſtatio quædam annua gratuita quæ à neutra parte tranſit in heredem. Morte enim dantis vel accipientis interueniente finitur. Soldata verò dicitur, quia plerunq; in ſolidorum donatione conſiſtit: quandoq; autem in vino & annona conſiſtit.

ᵉDe gradibus ſuccedendi in feudo. tit. xj. Cuiac.

ᵃDE SVCCESSIONE FRATRVM, VEL GRADIBVS SVCCEDENTIVM IN FEUDO.

TITVLVS XI.

Feudum acquiritur inueſtitura & ſucceſsione. Bald.

PER

PER *ſucceßionem quoque ſicut per inueſtituram beneficium ad nos pertinet. Mortuo enim eo qui beneficium tenebat, prima cauſa liberorum eſt. Filijs enim exiſtentibus maſculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouentur agnati. Ad filias vero, ſeu neptes vel proneptes, vel ex filia nepotes ſeu pronepotes ſucceßio feudi non pertinet. Proles enim fœminini ſexus, vel ex fœmineo ſexu deſcēdens, ad huiuſmodi ſucceßionē aſpirare non poteſt: niſi eius conditionis ſit feudum, vel eo pacto acquiſitum, His vero deficientibus vocantur primo fratres cum fratrum præmortuorum filijs, deinde agnati vlteriores. Quod ita intelligendum eſt, ſi feudum ſit paternum: hoc eſt, ſi fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis communis. Si enim Titij auus de nouo beneficio fuerit inueſtitus, Titio ſine legitimo herede maſculo defuncto, eius feudi ſucceßio non pertinet ad eiuſdem Titij patruum magnum: nec ad prolem ex eo deſcendentem, imo reuertitur ad dominum. Ad cognatos enim eius beneficium non pertinet, neque beneficij ſucceßio. Si vero dominus vel alius beneficium defuncti nouum eſſe dicat, agnatus autem illius proximus paternum eſſe contendat: tunc onus probationis incumbit illi qui nouum dicit. Sed ſcio*

aliter pronunciatum eſſe. Bonus enim iudex cauſa cognita diligenter intuebitur cuius potius iureiurando dirimenda ſit hæc quæſtio, vtroque ſcilicet in probatione deficiente.

"De ſucceſſiõe fraterni feudi. Tit. xij. Quia.

"DE FRATRIBVS DE NOVO BENEFICIO INVESTITIS.

TITVLVS XII.

In feudo non habet locum ius accreſcendi inter eos qui prætendunt primam ſeu primordialem inueſtituram. Bald.

SI DVO *fratres de nouo beneficio, & non de paterno ſimul inueſtiti fuerint: vno ſine herede defuncto, ad alterum nõ pertinet eius beneficij portio: niſi facta fuerit eo pacto inueſtitura. Si duo fratres in cauſa communi poſt mortem patris remanſerint, id eſt habitauerint ſimul, & vnus eorũ feudũ acquiſierit, pleriq; dicunt ad alium non pertinere, ſed ad dominũ, niſi per pactũ: ſed neq; viuente eo qui acquiſierit, neq; poſt mortẽ eius: fructus tamen erunt communes donec ſimul habitauerint. Quòd ſi cum equis & armis communibus vel pecunia communi ſit acquiſitum, adhuc idem dicunt: ne fortè inuitus dominus alium quàm quem voluerit, ſibi acquirat*

vaſal-

vaſallum: dũ tamen meminerimus, id quod de cõmuni expenſum eſt, alteri pro parte competenti eſſe reſtituendum.

DE INVESTITVRA QVAM TITIVS ACCEPIT A SEMPRONIO.

An maritus ſuccedat vxori in feudo. tit. 13. Cui.

TITVLVS XIII.

Maritus nõ ſuccedit vxori in beneficio ea mortua ſine herede. Bald.

TITIVS à Sempronio *talem inueſtituram accepit feudi, vt haberet ipſe et heredes ſui legitimi maſculi: & ijs omnibus deficientibus, fœmina. Porrò Titius ſuperſtite tantũ filia deceßit: Ipſa à domino inueſtita fuit, & feudum in dotẽ dedit: maritoq; ſuperſtite ſine liberis deceßit. Quærebatur, ſi ad maritũ ſucceßio feudi pertineat. Reſponſum eſt non pertinere.*

DE VASALLO DECREPITAE AETATIS, QVI FEVDVM refutauit, vt filij inueſtirentur.

De refutatiõe feudi. Ti. xiiij. Cuiac.

TITVLVS XIIII.

SI vaſallus decrepitæ ætatis feudum refutauit, vt filij inueſtiantur, & inueſtiti ſunt: poſtea decedente altero filiorum poſt inueſtituram fratre ſuperſtite, & ſine herede, frater ſibi ſuccedit, & non reuertitur ad dominum. Bald.

QVIDAM vaſallus cum decrepitæ ætatis eſſet, feudum ſuum in manu domini ad hoc refutauit, vt Seium & Sempronium filios ſuos de eodem beneficio inueſtiret. Vaſallo mortuo Sempronius ſine legitimo herede, Seio adhuc ſuperſtite deceſſit. Lis eſt inter dominum, tanquam nouum feudum ſibi delatum eſſe dicentem: & Seium, paternum eſſe contendentem. Vnde eorum ſententia preualuit, qui dixerũt hoc feudum, quamuis refutatum, nihilominus eſſe paternum.

De contentione feudi inter generũ fidelis mortui & agnatos. Tit. XV.

DE INVESTITVRA IN MARITVM FACTA.

TITVLVS XV.

Si contentio eſt inter maritum filiæ vaſalli, & agnatum de beneficio, an ſit paternũ vel nouum, quæſtio dirimi debet coram iudice ordinario vel arbitro. Bald.

VASALLVS ſuperſtite tãtùm vna filia deceſſit: illa verò maritum accepit, cui dominus accepta pecunia partẽ feudi quod pater puellæ habebat, retenta ſibi parte altera dedit. Nunc quidam agnatus defuncti cum marito agit, dicens totũ hoc feudum eſſe paternum. & ideo omnimodo eſſe ad ſe de

ſe deuolutum. Econtra maritus contendit hanc partẽ quam ipſe habet, nouum feudum eſſe: & ideo domino apertum. quæritur igitur, vtrum apud dominũ eundem, & in eius curia cogatur agnatus defuncti litigare, vel apud agnati iudicem, vel arbitrũ vtriuſq; conſenſu electũ hoc eſſe debeat. Mihi & *aliis placet, potius apud iudicem ordinarium, vel arbitrum, quàm apud eundẽ dominũ hoc litigiũ fore determinãdum,*

Item placet agnatum nõ ſemper cogendum probare feudum hoc eſſe paternũ, ſed ab aduerſa parte nouum eſſe probandũ. Qua deficiente in probatione, tunc agnato (vt dictũ eſt) cauſa cognita detur electio, quatenus vel iuret eſſe paternũ, vel alteri parti referat iuſiurandũ: & ille aut iuret, aut taceat. Illud tamen ſciendum eſt, quòd ſi inter duos qui dixerint ſe eſſe vaſallos, de feudo fuerit dubitatio: alter alterũ inuitum trahere non poteſt ad dominũ, vel eius curiæ iudicium. Si verò cũ ſua curia dominus vocauerit eos: nemini eorum licet illius domini vel eius curiæ examen declinare.

---

[a]DE CONTROVERSIA FEVDI APVD PARES TERminanda.

[a]De cõtentione feudi ĩter dominum & vaſallum. Cuiac.

TITVLVS XVI.

SI inter dominum & vaſallum de feudo orta fuerit contentio: per pares illius domus, ſicut lex Corradi dicit, dirimatur: ſi tamen pares habeat. Et ſi quidem dominus & vaſallus conſenſerint in eligendis paribus: nulla dubitatio eſt. Si verò diſſentiant, tunc quid faciendum ſit, quæritur. ſed prævaluit eorum ſententia, qui dixerunt dominum debere eligere prius quem aut quos voluerit: & vaſallus ſimiliter hoc faciat ſecundum numerum à domino comprobatum. Ille tamen vaſallus, qui fidelitatem domino nõ iurauit: domino vel vaſallo diſſentiente, pro pari nõ eſt eligẽdus.

"Pro inclusis legit Cuia. & ſi his.

"DE EO QVI SIBI [VEL HEREDIBVS SVIS MASCVLIS & fœminis] inueſtituram accepit.

TITVLVS XVII.

Si vaſallus pro ſe & heredibus ſuis maſculis, & his deficientibus, fœminis, inueſtituram accepit, fœmina non ſuccedit in beneficio quamdiu maſculus ſupereſt.

QVI ſibi, vel heredibus ſuis maſculis, vel his deficientibus, fœminis per beneficium inueſtituram feudi accepit: vna tantum filia ſuperſtite, nullo alio deſcend.

deſcendente relicto deceßit. Hæc *marito paternum feudum in dotem dedit, & deceßit, duobus filijs ex eo procreatis: quorum vnus duas filias reliquit: alter verò vno filio maſculo relicto deceßit. de prædicto itaque feudo vrgentem vidimus quæſtionem: maſculo quidem hoc feudum totum ſibi, quia ſolus eius qui primò inueſtituram accepit, heres maſculus ſit, vindicante: fœminis verò totam ſui patris partem ſibi defendentibus, quia ex eo nullus extitit maſculus. Cúmque inter ſapientes ſæpe ſuper hac quæſtione ſit diſputatum: tandem pro maſculo pronuntiatum eſt.* Non *enim patet locus fœminæ in feudi ſucceßione, donec maſculus ſupereſt ex eo qui primus de hoc feudo fuerit inueſtitus.* Nam *& illud iudicatum ſcio: ſi ille qui proprium feudum ſuum militi pro beneficio dedit, duobus filijs relictis deceſſerit, quorum vnus filia tantum relicta obijt: alter verò filio maſculo relicto ſuperſtite defunctus eſt: quòd miles non debet feudum ſuum per fœminam recognoſcere, donec ſupereſt maſculus ex eo qui primam inueſtituram fecit.* A*lij dicunt per filiam debere recognoſcere, cum de paterno allodio eſſet hoc feudũ: alioqui ſi aliunde eſſet, verum eſſet quod dicitur per fœminam non debere recognoſcere.*

*Quando in feudũ filia non frater ſuccedat. Tit. xviij. Cui.

*DE DVOBVS FRATRIBVS A CAPITANEO INVESTITIS.

TITVLVS XVIII.

DVO *fratres, ſcilicet Titius & Seius, à quodam capitaneo de nouo beneficio ſimul inueſtiti ſunt: eo videlicet tenore, vt quamdiu ipſi, vel eorum heredes maſculi viuerent, & maſculis deficientibus, fœminæ, ſi ſupereſſent, feudum haberent. Ex fratribus his vnus vna filia relicta, altero adhuc viuēte deceßit. Quæritur, cui portio defuncti deferatur, vtrum filiæ, an fratri. Reſpondetur, filiæ. vnuſquiſque enim ſibi, ſuiſque heredibus videtur proſpexiſſe. Si tamen is qui filiam reliquit, ſine herede deceßiſſet, propter tenorem inueſtituræ inſertum, eius pars fratri, nō domino eſt quæſita.*

*Si de inueſtitura feudi contentio fuerit inter dñm & fidelē. Cui.

*AN REMOVERI DEBEANT TESTES QVI PARES eſſe deſierunt.

TITVLVS. XIX.

Si inter dominum & vaſallum contentio eſt de inueſtitura: illi qui pares fuerunt tempore inueſtituræ, non remouentur poſtea à teſtimonio, licet deſierint eſſe pares. Bald.

EX facto quæſitum ſcio: ſi inter dominum & fidelem de inueſtitura feudi contentio emerſerit, quia factam eam dominus neget: ſi vaſallus offerat eos teſtes, qui tempore inueſtituræ pares erant, ſed poſtea qualibet ex cauſa pares eſſe deſierunt: an ideo ſint remouendi, quia nunc non ſunt pares. Sed quamuis alij aliter ſentiant, tamen mihi & quibuſdam alijs videtur ſufficere eos tempore inueſtituræ ſaltem pares fuiſſe. Quid enim peccauit qui inueſtituram accepit, ſi illi quos eo tempore, vtpote idoneos, adhibuit, poſtea pares eſſe deſierunt.

---

[y] DE CONTROVERSIA INTER EPISCOPVM ET VASallum.

[y] Si inter dn̄m & fidelem de feudo fuerit quęſtio Tit.xx. Cu iacius.

TITVLVS XX.

Si inter epiſcopum & vaſallum eſt contentio de inueſtitura ab eius prædeceſſore facta, pares curiæ cognoſcunt. Bald.

EX eo quod ſcriptum eſt, ſi inter dominum & vaſallum de feudo naſcatur quæſtio, quòd per pares eiuſdem curiæ dirimenda ſit: quæſitum eſt, ſi quis dixerit ſe à quodam epiſcopo fortaſſis iam defuncto de

annua præſtatione, aut qualibet alia re per feudum inueſtituram accepiſſe: & cum ſucceſſore eius agat, & ille reſpondendo neget hunc eſſe vaſallum: vtrum per pares eiuſdem curiæ ſit iudicandum ſuper hac quæſtione? Opponit enim vaſallus, quòd dominus eum negat eſſe vaſallum, & ideo in ea curia pares non habet. Item dicit vaſallus, quòd prius de ſuo recto feudo debet inueſtiri, quàm à nemine iudicari: domino reſpondente, quòd quicquid inter eos ſiue de inueſtitura, ſiue de fidelitate, ſiue de principali cauſa agendum eſt, per ſuam curiam eſt expediendum. Sed laudatum ſæpe ſcio, pares illius ſecundum præfatum modum eſſe eligendos prius, ad quorum ſpectat officium, vt illum prius de ſuo recto feudo inueſtiri faciant: ſed fidelitatis iuſiurandum differatur, donec de principali cauſa cognoſcatur. Ex illo enim apparebit vtrum iurare debeat, an non. quod totum expeditæ quæſtionis eſt. Sed ſi conſtiterit vaſallum aliquid aliud præter id de quo quæritur, ab eodem domino tenere pro feudo: tunc quin debeat de ſuo recto feudo inueſtituram accipere, & fidelitatem iurare, & ſic ad principalem cauſam accedere, non eſt dubitandum.

DE

DE VASALLO MILITE QVI ARMA BELLICA DEPOſuit.

Decõtentione feudi ĩter dominũ vel agnatum & venerabilem domum. Cuiac.

TITVLVS XXI.

Miles ſeculi, qui factus eſt miles Dei, ex eo quòd venerabilem domum intrauit, & feudo renuntiauit, feudum amittit. Bald.

MILES qui beneficiũ tenebat, cum eſſet ſine liberis, venerabilem domum intrauit, & ſeculo renuntiando, arma bellica depoſuit, habitúmq; religionis aſſumpſit, & ſic conuerſus factus eſt. Hic donec vixerit, feudũ retinere conatur quod dominus vel agnatus ſibi pertinere cõtendit. Sed iudicatũ eſt domini vel agnati conditionẽ eſſe potiorẽ, eo quòd deſijt eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti: nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium 1.

1 Facit ad hunc text. ſecundum Bald. l. Lucius. ff. de fideicom. lib. & ff, de pact. l. tale pactum. §. fin.

2 DE MILITE VASALLO QVI CONTVMAX EST.

2 Si dominus vaſallum incidiſſe dicat vel cõtrá. Titu xxij. Cuiac.

TITVLVS XXII.

DOMINVS *vocat militem, qui ab eo feudum poßidebat, dicendo eum in culpam incidiſſe, per quam feudum amittere*

tere debeat. hic non reſpondet. Quaritur, quid faciẽdum ſit domino. Reſpondeo eũ ad curiam vocari debere: & ſi non venerit, iterum eum debere vocari vſque in ſpatio tertio ſeptem vel decem dierũ, arbitrio eiuſdem curiæ terminando. Quòd ſi neque venerit ad tertiam vocationem, hoc ipſo feudum amittat: & ideo debet curia dominum mittere in poſſeſsionem. Sed ſi intra annum venerit, reſtituitur ei poſſeſsio: alioqui & beneficium & poſſeſsionẽ amittit: vt in Lombarda de ijs qui ad palatium venire contempſerint. l. ſi cuiuſcunque.

Si verò vaſallus conqueritur de domino, forſan quia feudum malo ordine intrauit: domino perperam reſpondente, quid vaſallo faciendum ſit, quæritur. Reſpondeo, eum curiam debere vocare, & in eadem curia de domino conqueri. Curia autẽ debet adire dominũ, eumq́; ſalua reuerẽtia competenter cogere, vt vel poſſeſsionem reſtituat & acquieſcat, vel iudicio curiæ ſe cõmittat. Quod ſi ter admonitus facere diſtulerit: tunc licet vaſallo ad aliã maiorẽ poteſtatẽ ire, & ſibi conſulere: & ſi dominus ei iuſtitiam facere noluerit, poterit eũ deprædare.

ᵃHic debet eſſe tertius liber, ſecundum omnes doctores. Et idcirco rectè Cuiacius hic tertiũ librũ inchoat. & Ti. j. ita inſcribit, De beneficio, quid ſit, & quibus modis amittatur

ᵃIN QVIBVS CAVSIS FEVDVM AMITTATVR.

TITVLVS XXIII.

Primo

Primo pater ſcribit filio, præmittens excuſationem ſui, dicens quod cauſæ quibus feudum amittitur, nō poſſunt ſub regula definiri: & addit qualiter vaſallus contra dominum ſe debeat habere: poſtea definit beneficium dupliciter. Bald.

OBERTVS *de Orto, Anſelmo [filio] ſuo ſalutem. Cogis me, & ſuper hoc ſæpe ſcribendo multum vrges, vt cauſas quibus beneficium amittatur enumeratas, tibi ſignificarem. Quod ideo diſtuli, quia ſæpius circa noſtræ Reipublicæ curam occupatus, & multis priuatorum cauſis, aliiſq; rerum innumerabilium impedimentis detentus, onus illud ſubire non valebam. At ne videar preces tuas paruipendere, & ſtudiū diſcendi tibi nunc imminēs negligere: quid mihi ſuper hoc videatur, paucis explicabo, dummodo memineris cauſas illas ſub aliqua certa regula aut definitione rotunda non poſſe comprehendi. Nam ſicut de probationibus in Digeſtis ſcriptum reperimus: ſic & de his cauſis ſine calumnia dicere poſſumus. Si quis enim dixerit, quæ cauſæ quemadmodum alicui domino ad ingratitudinem alicuius vaſalli probandam poſſint ſufficere, nullo certo modo poſſe definiri, nihil errauerit. De illa tamen ingratitudine loquor, per quam beneficium amittatur. non enim ad hoc ſufficit omnis occaſio per quam fidelis accepti beneficij*

videtur

videtur ingratus: ſed ſunt quædam (vt ita dixerim) egregiæ ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſecundum mores curiarum ſolet adimi. Quomodo enim vaſallus, quàm humiliter, quàm deuotè, quàm benignè, quàm fideliter erga dominum ſuum debeat ſe habere: potius ex naturalibus & bonis curiarum conſuetudinibus poteſt percipi, quàm lege aut ſcripto aliquo poßit comprehendi. In primis te illud ſcire oportet, beneficij illius quod eſt genus, talem eſſe definitionem. Beneficium nihil aliud eſt, quàm beneuola actio, tribuens gaudium capientibus, capiénſque tribuendo: in id quod facit prona, & ſponte ſua parata, vt ait Seneca[a]. *Huius autem generis ſpecies quædam eſt beneficium illud quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat: vſusfructus verò illius rei ita ad accipientem tranſeat, vt ad eum heredéſque ſuos maſculos, ſiue fœminas (ſi de his nominatim dictum ſit) in perpetuum pertineat: ad hoc vt ille & ſui heredes fideliter domino ſeruiant: ſiue ſeruitium illud nominatim quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminatè ſit promiſſum.*

[a] lib. de beneficiis primo.

QVAE

*QVAE FVIT PRIMA CAVSA BENEFICII AMITTENDI.

*Cuia nõ diſtinguit hoc loco titulum à ſuperiore ſeparatũ.

TITVLVS XXIIII.

Si vaſallus ab herede domini, vel heres vaſalli à domino non petiit inueſtituram intra annum & diem, amittit beneficium. Bald.

PRIMA *autem cauſa beneficij amittendi hæc fuit, & adhuc eſt in pleriſque curijs: (ſed in noſtra curia Mediolanenſi non obtinet) quòd ſi vaſallus per annũ & diem dõmino ſuo mortuo ſteterit, quòd heredem dõmini ſui, inueſtituram petendo: fidelitatem pollicendo, non adierit: tanquam ingratus exiſtens, beneficium amittit: & econuerſo, ſi domino ſuperſtite vaſallus deceſſerit, & filius eius per iam dictum tempus neglexerit petere inueſtituram, beneficio carebit.*

Si dominus à vaſallò petierit fidelitatem, inueſtituram pollicendo, nec legitimè requiſitus eam præſtare voluerit, tanquam ingratus feudum amittit. Bald.

1 ¶ *Eſt & alia ingratitudo notanda, ſi dominus inueſtituram pollicendo vaſalli fidelitatem petierit: & illo non præſtante, dominus, tribus vicibus, conuenienti tempore interpoſito, fortè ſeptem dierum ſpacio, ad curiam ſuam ſuper-*

lios:

hoc reclamauerit: & vaſallus tribus vicibus citatus à ſuis paribus iurare noluerit: ſi tamen beneficium tale ſit, vt pro eo iuſiurandum fidelitatis fieri debeat. Sunt enim quædam feuda ita data, vt pro his fidelitas non ſit præſtanda.

Vaſallus amittit feudum, ſi cum domino non iuit in prælium, dum potuit. Bald.

¶ *Item qui dominum ſuum cum quo ad prælium iuerit, in acie periclitantem dimiſerit, beneficio indignum ſe indicauit. Præterea ſi vaſallus reſcierit aliquem contra dominum ſuum aſſaltum, vel mortem, vel captionem, aut patrimonij grandem iacturam facere molientem: debet dominum ſuper hoc, quàm citius poteſt, certiorare: vt proinde dominus ſciens prudénſque periculum valeat declinare. Quod ſi non fecerit, dolóque vel negligentia ſua vel fraude celauerit: beneficio ſe cariturum agnoſcat. Rurſus ſi domini vel dominæ filiæ, vel nepti aut ſorori in domo adhuc manenti, quæ in capillo dicitur, ſeſe immiſcuerit: feudo, quo ſe monſtrauerit indignum, carere debet. Porrò ſi dominum aſſalierit, vel vicum in quo eſt, per vim aggreſſus fuerit, vel impias manus in perſonam domini vbicũq; ingeſſerit, vel alias graues, vel inhoneſtas iniurias intulerit, vel morti eius veneno, vel gladio, vel aliter inſidiatus fuerit, beneficium amittit. Illud tamen non lateat, quòd ſi quis ſuo domino iuſtitiam facere*

facere noluerit: feudum quod tenebat, perdet: ſicut in alio libello tibi ſcripſiſſe hoc credo. Sed non eſt alia iuſtior cauſa beneficij auferendi, quàm ſi id propter quod beneficium datum fuerit, hoc ſeruitium facere recuſauerit: quia beneficium amittit. Aliud eſt ſi fortè ideo non ſeruierit, quia non potuerit. tunc enim feudum non amittit.

Item ſi delator domini ſui extiterit, & per ſuam delationē graue diſpendium eum ſuſtinere fecerit: vel ſi cognouerit dominum incluſum, & eum cum potuerit non liberauit: feudum perdit. Prædictis modis beneficiū debere amitti, tam naturalis, quàm ciuilis ratio ſuadet: quæ poteſt colligi, ſi quis nouam conſtitutionem iuſtas exheredationis cauſas enumerantem, & alias conſtitutiones veteres, iuſtas ingratitudinis & repudij cauſas, quibus matrimonia rectè contracta ſoluuntur, & donationes iure perfectæ reuocantur; ſubtiliter ſcrutatus fuerit. Sed quia natura nouas deproperat edere formas: poteſt multis modis contingere, vt aliæ emergant cauſæ, quibus videatur iuſtè adimi poſſe feudum: ideoq; iudex ſolers & diſcretus, & æquitati obſecundare ſolicitus, cuncta ſubtiliter diſpenſans, prouideat, ſi quæ fuerit antiquioribus cauſis ſimilis ſeu maior: vt proinde ſciat vtrum beneficium ſit amittendum, an nihilo minus retinendum. Illud enim

eſt certum, quòd nō ex omni cauſa ex qua opinio vaſalli grauatur, beneficium amittitur. Nam & ſæpe deierat, & beneficium nihilo minus retinet: vtputa qui beneficij portionem alienat abſq; domini ſcientia, beneficium quidem retinet, ſed fidem promiſſam ſeruare non videtur.

Vbicunque dominus principaliter offenditur per reatum vaſalli, ibi ad dominum feudum reuertitur. Bald.

? Ad quē feudū amiſſū redeat. tit. 2. Cuia. ¶ *Denique ſæpe quæſitum eſt vaſallo propter iuſtam culpam à feudo cadente, vtrum ad dominum, an ad ſucceſſorem vaſalli beneficium pertineat. ſed hæc diſtinctio tam ratione quàm moribus comprobata eſt, vt ſi quidem vaſallus ita in dominum peccauerit, vt feudum amittere debeat: non ad proximos, ſed ad dominū beneficium reuertatur: vt hanc ſaltem habeat ſuæ iniuriæ vltionem. Si verò non in dominū, ſed aliàs grauiter deliquerit, vel graue quid commiſerit, ſicut ille qui fratrem ſuum interfecit: vel aliud graue crimen (quod paricidij appellatione continetur) commiſerit, feudum amittit: & non ad dominum, ſed ad proximos pertinet: ſi tamen beneficium fuerit paternum. ſic enim ſæpe pronunciatum ſcio.* 3

Si vaſallus contra conſtitutionem bonæ memoriæ Lotharij imperatoris beneficium alienauerit: quia dominum contemnere videtur

ad dominum beneficium pertineat. ſcriptum eſt enim, vt precio ſe cariturum agnoſcat.

SI DE FEVDO VASALLVS AB ALIQVO INTERPELLATus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

Cuia. hic conſtituit quartũ librũ feudorũ, ex variis & incertis auctoribus.

TITVLVS XXV.

Dominus vaſallo cum extraneo litem habenti de feudo, de euictione tenetur, ſi monitus eum nõ defenderit. Bald.

De euictione fendi & eius æſtimatione. tit. 1.

NEGOTIVM *tale eſt: Quidam vaſallus à domino tenebat feudũ, de quo ab aliquo interpellatus fuit: & ſic vaſallus dominũ vocauit, vt eum defenderet. domino renuente ad iudicem venire, vaſallus amiſit cauſam per ſententiam. nunc verò vaſallus cambium feudi à domino petit: ad quem dominus reſpondens, ait illum nunquam ab eo feudum tenuiſſe: nec ab eo inueſtituram accepiſſe. contra quem vaſallus dicit ſe hoc feudum ab eo tenuiſſe, & inueſtituram recepiſſe: & ab eo petiuiſſe vt eum in iudicio defenderet: nec tunc temporis inficiabatur illius eſſe. quod idoneis totum teſtibus probat vaſallus.* Reſpondi, Super

negotio iſto quod literis inſinuaſti nobis, tale eſt ſapientum noſtræ ciuitatis conſilium, videlicet Oberti de Orto, & Gerardi Capagiſti, *vt ſi vaſallus cum de feudo interpellabatur, authorem ſuũ, id eſt dominũ, vt eum defenderet vocauit, & hoc probare poßit: ſi in eo iudicio vaſallus fuerit victus de re aliena inueſtitũ fuiſſe: vt dominus vaſallo eiuſdem æſtimationis, quod erat tempore rei iudicatæ feudũ, reſtituat, vel nummos in feudum dandos numeret: & hoc cũ certum eſt vaſallum de feudo victum fore.* Sed *ſi dominus neget hoc feudum vnquam ab eo tenuiſſe, nec ab eo domino ipſum vaſallum vel eius anteceſſores vnquã inueſtituram accepiſſe: & hoc vel per inſtrumentum publicè confectũ, vel per pares curtis vaſallus poterit probare: dominus ad reſtitutionem feudi tenebitur: alioqui dominus ſacramentum ſubire cogetur, iſtũ qui eſt in cauſa, vel eius anteceſſores à ſe vel à ſuis anteceſſoribus nunquam hoc feudum tenuiſſe, vel inueſtituram accepiſſe: quo facto dominus abſoluendus erit.*

Si cõtentio eſt inter dominũ & agnatos defuncti de feudo. tit. 2.

SI DE FEVDO DEFVNCTI CONTENTIO SIT INTER DOminum & agnatos vaſalli.

TITVLVS XXVI.

Si cont

Si contentio eſt inter dominum & agnatos defuncti, agnati interim ante litem finitam conſtituendi ſunt in poſſeſsione. Bald.

SI de feudo defuncti militis ſit contentio inter dominum & agnatos defuncti, domino nouum feudum, agnatis verò paternũ eſſe contendentibus: agnati in poſſeßione feudi de quo quæritur, conſtituendi ſunt. Eo facto, ſuper principali quæſtione cognoſcendum eſt. vtroq; autem deficiente in probatione, electio iuriſiurandi agnatis danda eſt.

Si contentio eſt inter filiam & agnatum de beneficio, filia interim debet eſſe in poſſeſsione. Bal.

1 ¶ "*Inter filiam defuncti, & agnatos eius, de quodam prædio mota eſt quæſtio, agnatis feudum, filia verò allodium ſiue libellarium eſſe aſſerentibus. ſuper poſſeßione apud quem manere debeat, quærebatur. Reſponſum eſt, apud filiam poſſeßionem interim eße collocandam: deficientibus verò hincinde probationibus, per iuſiurandum cauſa cognita res decidetur, electione danda agnatis. Defuncto milite, inter dominum & filiam illius ſuper quodam feudo quærebatur: domino feudum, filia allodium ſiue libellarium eſſe allegante. Reſpondit, filiam in poſſeßione feudi manere debere, donec de eo iudicetur. probatione verò hincinde ceſſante, electio iuriſiurandi filiæ danda eſt.* "De poſſeſſione apud filiã collocãda. tit. 3.

Inueſtitura ſumit effectum, cum feudum ſibi vel heredi ſuo fuerit apertum Bald.

Dominũ inueſtituram feudi ſui militis in alio facere poſſe. tit. 4.

¶ *Moribus receptũ eſt, dominum de feudo militis ſui quod poſt mortem ipſius ad dominum reuerti ſperabatur, in alium militem inueſtituram facere poſſe: qua inueſtitura tunc demum capiet effectum, cum feudum domino aut heredi ſuo fuerit apertum. Secus eſt in eccleſiaſticis perſonis. nam ſi eccleſiaſtica perſona talem faciat inueſtituram: non aliter valebit, niſi ſibi, non etiam ſucceſſori ſuo feudum aperiatur: & in tali inueſtitura conſenſus eius de cuius feudo ſit, exquiri non oportet.* 2

Si vaſallus domino inficietur feudum, vel feudi partem, aut eius conditionem: conuictus poſtea de mendacio, perdit feudum, & eius conditionem. Bald.

De pœna inficiationis feudi. tit. 5. Cuia.

¶ *Vaſallus ſi feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionem ex certa ſcientia inficiatur, & inde conuictus fuerit, eo quòd abnegauit feudum eius, vel conditionem, exſpoliabitur. alius autem vaſallus quamuis hoc ſciens non patefaciat, feudum tamen retinet: aut ſi aliam rem domini celauerit vaſallus, feudum tamen non amittit.* 3

De præſcriptione feudi longiſſima. tit. 6.

Qui per triginta annos rem alicuius tanquam in feudum poſſedit, & pro ea ſeruitium præſtitit domino, præſcribit in feudum. Bald.

¶ *Si quis per triginta annos rem aliquam vt* 4

feud

feudum poſſedit, & ſeruitium domino exhibuerit: quamuis de ea re non ſit inueſtitus, præſcriptione tamen triginta annorum ſe tueri poteſt.

"*Qui clericus efficitur, aut votum religionis aſſumit: hoc ipſo feudum amittit.*

"*Et ſi vaſallus omni anno domino ſe non repræſentat: feudum tamen non amittit.*

"*Omnes filij eius qui feudum acquiſierit, fidelitatem facere debent: maximè ſi indiuiſum habẽt. quòd ſi feudum ex diuiſione ad vnũ tantũ peruenerit: ille tantum faciet fidelitatem.*

"*Adoptiuus filius in feudum non ſuccedit.*

"*Mulier habens feudum, relictis filijs ex duobus matrimonijs deceſsit: inter quos feudi quæſtio aliarumq́; rerum maternarum vertebatur. obtinuit filios prioris matrimonij tam in feudo quàm in cæteris potiores eſſe.*

"*Naturales filij licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſsionem feudi, nec ſoli, nec cum alijs admittuntur*

"*Si minori datum fuerit feudum, fidelitatem facere non cogatur, donec venerit in maiorem ætatem, in qua doli capax ſit: feudum tamen retinet.*

Si filius impubes ſucceſsit vaſallo: non cogitur facere fidelitatem, nec ſeruitium perſonale poteſt præſtare. Bald.

"Clericũ feudũ perdere. tit.7. Cuia.

"An vaſallus qui ſe nõ exhibet domino, feudum amittat. tit. 8. Cuiac.

"Omnes fidelis filios fidelitatẽ facere debere. tit.9.

"Adoptiuũ in feudũ nõ ſuccedere. tit. 10.

"Filios ſecũdi matrimonij, tm̃ fœminæ in feudũ ſuccedere. ti.11. Cuiac.

"Vt naturales pòſt facti legitimi non ſuccedant. tit.12. Cuiac. "De minore ad fidelitatẽ feudi nõ cogẽdo. ti. 13. Cuiac.

¶ *Si quis deceſſerit filio impubere relicto, fidelitatem nec ipſe, nec alius pro eo facere cogitur. Idem de ſeruitio perſonali. alius tamen pro eo faciens ſeruitium admittetur.* 5

Quando agnat⁹ ad feudũ admittatur, vel excludatur. tit. 14. Cuiac.

Titius filios maſculos non habens, partem ſuam feudi Seio, partem eiuſdem feudi poßidenti agnato ſuo conceßit. Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partem illius feudi nullo dato pretio recuperare poteſt. quod ſi Titius filios proprios haberet, precio reddito etiam viuo Titio: quòd ſi conſenſit alienationi, vel per annum ex quo ſciuit, tacuit: omnino remouebitur.

Facta domino de feudo abuſiua inueſtitura, cogitur dominus vaſallum mittere in poſſeſsionem, nec liberatur intereſſe præſtando. Bald.

Dominũ feudi tradere cogi. tit. 15. Cuiac.

¶ *Si facta de feudo inueſtitura pœniteat dominum antequam poſſeßionem transferat: an præſtando intereſſe vaſallo, liberetur, quæſitũ fuit. Reſponſum eſt, prætermiſſa condemnatione, dominum poſſeßionem feudi de quo inueſtituram fecit, tradere compellendum.* 6

Quando filij in feudũ nõ ſuccedant. tit. 16. Cuiac.

Filij nati ex ea vxore, cum qua matrimonium tali conditione contractum eſt, ne filij ex ea nati, patri ab inteſtato ſuccedant: in feudo ſuccedunt. nam quamuis ratione improbetur talis conditio, ex vſu tamen admittitur.

Ei qui non vult aliquid conſequi, ſed ius quæſitum conſeruare, non imminet ius offerendi, niſi dies fuerit appoſita. Bald.

¶ Licet

7 ¶ "Licet vaſallus domino ſeruitium non offerat: quantocunque tempore ſteterit, dummodo domino petenti ſeruire paratus ſit, beneficium non amittit. ſi tamen ſciat ei magnum periculum imminere: vltro adiutorium ſuum ei debet præbere. Inde quæſitum eſt, ſi dominus in periurium incidat, quia dare non valeat quod dare iurauerat: & vaſallus eum liberare poßit ſuam pecuniam dando, & non facit: an beneficium amittat. & reſponſum eſt, non amittere.

" Vaſallū nō teneri offerre ſeruitium. ti. 17. Cuiac.

"Si vaſallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat: neque filius, neque eius deſcendentes ad id feudum reuocabuntur: ſed agnati qui quarto gradu ſunt: dummodo ad eos pertineat.

"Feudo amiſſo filios vaſalli excludi. ti. 18. Cuia.

"In generali alienatione vaſalli non continetur feudum, niſi nominatim dictum ſit.

"In generali alienatione non contineri vaſallos. tit. 19. Cuiac.

Si vaſallus feudum ignorans alienauit, feudum non amittit, & ſibi reſtituendum eſt, non domino: tenebitur tamen ad intereſſe emptori ignoranti. Bald.

8 ¶ Si "vaſallus feudum alienauit ignorans: non domino, ſed ipſi vaſallo feudum reſtituendum eſt: ad intereſſe verò emptori ignoranti condemnandus eſt vaſallus.

" Vaſallū repetere feudū quod ignorās alienauit. tit. 20.

"Vaſallus feudum quod ſciens abnegauit amittit: ignoranti vero ſubuenitur. Quòd ſi dubitet: dubitanter reſpondere debet.

"De pœna negātis feudū. tit. 21.

ᵗFeudū vaſallo in feudum dari poſſe. tit. 22. Cui ac.

ᵘBeneficium à vaſallo in feudum, ſi nihil in fraudem legis fiat, rectè dari poteſt: dum tamen mil ti detur.

ᵛVaſallū agere & conueniri de feudo poſſe. tit. 23.

ᵒ *Si vaſallus de beneficio ſuo agat, vel cōueniatur: ſiue obtineat, ſiue nō, licet ignorante domino fiat, omni tempore firmū erit illud iudicium. nam & tranſigere rectè poterit: nec quod accepit tranſactionis nomine, feudum erit.*

Si dominus cōmiſit felonīā, per quā ſi eam committeret vaſallus in dominū, amitteret feudū: dominus etiam perdere debet feudi proprietaté. Bal.

ᵗQuando proprietas feudi ad vaſallū perueniat. tit. 24.

9 ¶ᵘ*Domino committente feloniam, (vt ita dicam) per quam vaſallus amitteret feudum ſi eam committeret: quid obtinere debeat de conſuetudine, quæritur. & reſpondetur, proprietatem feudi ad vaſallum pertinere, ſiue peccauerit in vaſallum, ſiue in alium.*

ᵛFeudum iiſdem de cauſis amitti, licet datum ſit heredi, & cui vaſallus dederit. tit. 25.

ᵘ*Feudum ea lege datum, vt ipſe & heredes ſui maſculi & fœminæ, & cui dederit, habeant: iiſdem culpis amittitur, quibus & aliud feudum. Quod ſi vaſallus alienauit, feudum eſſe deſinit apud emptorem.*

ᵗDe pactione de nō petendo feudo. tit. 26.

ᵘ*Titius cum Sempronio fratre ſuo feudum paternum poſſidente pactum fecit de eo feudo non petēdo à Sempronio heredibúſve ſuis. Sempronio ſine herede maſculo defuncto, inter Titium & Seium fratrem ſuum de eo feudo quæſtio orta eſt. quid inde fieri debeat, quæritur. Reſponſum eſt, pactum non obſtare Titio.*

DE

*DE PACE TENENDA, ET EIVS VIOLATORIBVS.

*In editione Cuiacij omittitur hoc loco hic titul⁹, quia in li. 5. omnes cõſtitutiones feudales adgregauit.

TITVLVS XXVII.

Imperator adulatur omnibus, ſuadẽs quòd debeant ſeruare pacem: & ſtatuit pœnam contra nõ ſeruantes. Bald.

FRIDERICVS Dei gratia Romanus Imperator, ſemper Auguſtus, epiſcopis, ducibus, comitibus, marchionibus, & omnibus ad quos literæ iſtæ peruenerint, gratiam ſuã, & pacem, & dilectionem. Quoniam diuina præordinante clementia, ſoliũ regiæ maieſtatis conſcendimus: dignũ eſt vt cuius præcellimus munere, illi omnino pareamus in opere. Inde eſt quòd nos tam diuinas quàm humanas leges in ſuo vigore manere cupientes, & eccleſias ſiue eccleſiaſticas perſonas ſublimare, & ab incurſu & inuaſione quorumlibet defenſare intendentes, quibuſcunq; perſonis ius ſuum conſeruare volumus: & pacem diu deſideratã, & antea toti terræ neceſſariam, per vniuerſas regni partes habendam regia authoritate indicimus. Qualiter autem eadem pax tenenda ſit & ſeruanda, in ſubſequentibus declarabitur euidenter. Si quis hominẽ intra pacẽ conſtitutum

videtur ingratus: ſed ſunt quædam (vt ita dixerim) egregiæ ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſecundum mores curiarum ſolet adimi. Quomodo enim vaſallus, quàm humiliter, quàm deuotè, quàm benignè, quàm fideliter erga dominum ſuum debeat ſe habere: potius ex naturalibus & bonis curiarum conſuetudinibus poteſt percipi, quàm lege aut ſcripto aliquo poſsit comprehendi. In primis te illud ſcire oportet, beneficij illius quod eſt genus, talem eſſe definitionem. Beneficium nihil aliud eſt, quàm beneuola actio, tribuens gaudium capientibus, capiénſque tribuendo: in id quod facit prona, & ſponte ſua parata, vt ait Seneca[a]. *Huius autem generis ſpecies quædam eſt beneficium illud quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat: vſusfructus verò illius rei ita ad accipientem tranſeat, vt ad eum heredéſque ſuos maſculos, ſiue fœminas (ſi de his nominatim dictum ſit) in perpetuum pertineat: ad hoc vt ille & ſui heredes fideliter domino ſeruiant: ſiue ſeruitium illud nominatim quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminatè ſit promiſſum.*

[a] lib. de beneficiis primo.

*QVAE FVIT PRIMA CAVSA BENEFICII AMITTENDI.

*Cuia. nõ diſtinguit hoc loco titulum à ſuperiore ſeparatũ.

TITVLVS XXIIII.

Si vaſallus ab herede domini, vel heres vaſalli à domino non petiit inueſtituram intra annum & diem, amittit beneficium. Bald.

PRIMA autem *cauſa beneficij amittendi hæc fuit, & adhuc eſt in pleriſque curijs: (ſed in noſtra curia Mediolanenſi non obtinet) quòd ſi vaſallus per annũ & diem domino ſuo mortuo ſteterit, quòd heredem domini ſui, inueſtituram petendo: fidelitatem pollicendo, non adierit: tanquam ingratus exiſtens, beneficium amittit: & econuerſo, ſi domino ſuperſtite vaſallus deceſſerit, & filius eius per iam dictum tempus neglexerit petere inueſtituram, beneficio carebit.*

Si dominus à vaſallo petierit fidelitatem, inueſtituram pollicendo, nec legitimè requiſitus eam præſtare voluerit, tanquam ingratus feudum amittit. Bald.

1 ¶ *Eſt & alia ingratitudo notanda, ſi dominus inueſtituram pollicendo vaſalli fidelitatem petierit: & illo non præſtante, dominus tribus vicibus, conuenienti tempore interpoſito, fortè ſeptem dierum ſpacio, ad curiam ſuam ſuper-*

lios:

hoc reclamauerit: & vaſallus tribus vicibus citatus à ſuis paribus iurare noluerit: ſi tamen beneficium tale ſit, vt pro eo iuſiurandum fidelitatis fieri debeat. Sunt enim quædam feuda ita data, vt pro his fidelitas non ſit præſtanda.

Vaſallus amittit feudum, ſi cum domino non iuit in prælium, dum potuit. Bald.

¶ *Item qui dominum ſuum cum quo ad prælium iuerit, in acie periclitantem dimiſerit, beneficio indignum ſe indicauit. Præterea ſi vaſallus reſcierit aliquem contra dominum ſuum aſſaltum, vel mortem, vel captionem, aut patrimonij grandem iacturam facere molientem: debet dominum ſuper hoc, quàm citius poteſt, certiorare: vt proinde dominus ſciens prudénſque periculum valeat declinare. Quod ſi non fecerit, dolóque vel negligentia ſua vel fraude celauerit: beneficio ſe cariturum agnoſcat. Rurſus ſi domini vel dominæ filiæ, vel nurui aut ſorori in domo adhuc manenti, quæ in capillo dicitur, ſeſe immiſcuerit: feudo, quo ſe monſtrauerit indignum, carere debet. Porrò ſi dominum aſſalierit, vel vicum in quo eſt, per vim aggreſſus fuerit, vel impias manus in perſonam domini vbicunq; ingeſſerit, vel alias graues, vel inhoneſtas iniurias intulerit, vel morti eius veneno, vel gladio, vel aliter inſidiatus fuerit, beneficium amittit. Illud tamen non lateat, quòd ſi quis ſuo domino iuſtitiam* 2

facere

facere noluerit: feudum quod tenebat, perdet: ſicut in alio libello tibi ſcripſiſſe hoc credo. Sed non eſt alia iuſtior cauſa beneficij auferendi, quàm ſi id propter quod beneficium datum fuerit, hoc ſeruitium facere recuſauerit: quia beneficium amittit. Aliud eſt ſi fortè ideo non ſeruierit, quia non potuerit. tunc enim feudum non amittit.

Item ſi delator domini ſui extiterit, & per ſuam delationẽ graue diſpendium eum ſuſtinere fecerit: vel ſi cognouerit dominum incluſum, & eum cum potuerit non liberauit: feudum perdit. Prædictis modis beneficiũ debere amitti, tam naturalis, quàm ciuilis ratio ſuadet: quæ poteſt colligi, ſi quis nouam conſtitutionem iuſtas exheredationis cauſas enumerantem, & alias conſtitutiones veteres, iuſtas ingratitudinis & repudij cauſas, quibus matrimonia rectè contracta ſoluuntur, & donationes iure perfectæ reuocantur; ſubtiliter ſcrutatus fuerit. Sed quia natura nouas deproperat edere formas: poteſt multis modis contingere, vt aliæ emergant cauſæ, quibus videatur iuſtè adimi poſſe feudum: ideoq; iudex ſolers & diſcretus, & æquitati obſecundare ſolicitus, cuncta ſubtiliter diſpenſans, prouideat, ſi quæ fuerit antiquioribus cauſis ſimilis ſeu maior: vt proinde ſciat vtrum beneficium ſit amittendum, an nihilo minus retinendum. Illud enim

eſt certum, quòd nō ex omni cauſa ex qua opinio vaſalli grauatur, beneficium amittitur. Nam & ſæpe deierat, & beneficium nihilo minus retinet: vtputa qui beneficij portionem alienat abſq; domini ſcientia, beneficium quidem retinet, ſed fidem promiſſam ſeruare non videtur.

Vbicunque dominus principaliter offenditur per reatum vaſalli, ibi ad dominum feudum reuertitur. Bald.

Ad quē feudū amiſſū redeat. tit. 2. Cuia. ¶ *Denique ſæpe quæſitum eſt vaſallo propter iuſtam culpam à feudo cadente, vtrum ad dominum, an ad ſucceſſorem vaſalli beneficium pertineat. ſed hæc diſtinctio tam ratione quàm moribus comprobata eſt, vt ſi quidem vaſallus ita in dominum peccauerit, vt feudum amittere debeat: non ad proximos, ſed ad dominū beneficium reuertatur: vt hanc ſaltem habeat ſuæ iniuriæ vltionem. Si verò non in dominū, ſed aliàs grauiter deliquerit, vel graue quid commiſerit, ſicut ille qui fratrem ſuum interfecit: vel aliud graue crimen (quod paricidij appellatione continetur) commiſerit, feudum amittit: & non ad dominum, ſed ad proximos pertinet: ſi tamen beneficium fuerit paternum. ſic enim ſæpe pronunciatum ſcio.* 3

Si vaſallus contra conſtitutionem bonæ memoriæ Lotharij imperatoris beneficium alienauerit: quia dominum contemnere videtur

ad

ad dominum beneficium pertineat. ſcriptum eſt enim, vt precio ſe cariturum agnoſcat.

SI DE FEVDO VASALLVS AB ALIQVO INTERPELLATUS fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

Cuia. hic conſtituit quartũ librũ feudorũ, ex variis & incertis auctoribus. De euictione feudi & eius æſtimatione. tit. 1.

TITVLVS XXV.

Dominus vaſallo cum extraneo litem habenti de feudo, de euictione tenetur, ſi monitus eum nõ defenderit. Bald.

NEGOTIVM *tale eſt: Quidam vaſallus à domino tenebat feudũ, de quo ab aliquo interpellatus fuit: & ſic vaſallus dominũ vocauit, vt eum defenderet. domino renuente ad iudicem venire, vaſallus amiſit cauſam per ſententiam. nunc verò vaſallus cambium feudi à domino petit: ad quem dominus reſpondens, ait illum nunquam ab eo feudum tenuiſſe: nec ab eo inueſtituram accepiſſe. contra quem vaſallus dicit ſe hoc feudum ab eo tenuiſſe, & inueſtituram recepiſſe: & ab eo petiuiſſe vt eum in iudicio defenderet: nec tunc temporis inficiabatur illius eſſe. quod idoneis totum teſtibus probat vaſallus.* Reſpondi, *Super*

negotio iſto quod literis inſinuaſti nobis, tale eſt ſapientum noſtræ ciuitatis conſilium, videlicet Oberti de Orto, *&* Gerardi Capagiſti, *vt ſi vaſallus cum de feudo interpellabatur, authorem ſuũ, id eſt dominũ, vt eum defenderet vocauit, & hoc probare poßit: ſi in eo iudicio vaſallus fuerit victus de re aliena inueſtitũ fuiſſe: vt dominus vaſallo eiuſdem æſtimationis, quod erat tempore rei iudicatæ feudũ, reſtituat, vel nummos in feudum dandos numeret: & hoc cũ certum eſt vaſallum de feudo victum fore.* Sed *ſi dominus neget hoc feudum vnquam ab eo tenuiſſe, nec ab eo domino ipſum vaſallum vel eius anteceſſores vnquã inueſtituram accepiſſe: & hoc vel per inſtrumentum publicè confectũ, vel per pares curtis vaſallus poterit probare: dominus ad reſtitutionem feudi tenebitur: alioqui dominus ſacramentum ſubire cogetur, iſtũ qui eſt in cauſa, vel eius anteceſſores à ſe vel à ſuis anteceſſoribus nunquam hoc feudum tenuiſſe, vel inueſtituram accepiſſe: quo facto dominus abſoluendus erit.*

---

v Si cõtentio eſt inter dominũ & agnatos defuncti de feudo. tit. 2. Cuiac.

v SI DE FEVDO DEFVNCTI CONTENTIO SIT INTER DOminum & agnatos vaſalli.

TITVLVS XXVI.

Si cont

Si contentio eſt inter dominum & agnatos defuncti, agnati interim ante litem finitam conſtituendi ſunt in poſſeſsione. Bald.

SI de feudo defuncti militis ſit contentio inter dominum & agnatos defuncti, domino nouum feudum, agnatis verò paternū eſſe contendentibus: agnati in poſſeſsione feudi de quo quæritur, conſtituendi ſunt. Eo facto, ſuper principali quæſtione cognoſcendum eſt. vtroq; autem deficiente in probatione, electio iuriſiurandi agnatis danda eſt.

Si contentio eſt inter filiam & agnatum de beneficio, filia interim debet eſſe in poſſeſsione. Bal.

1 ¶ *ᵃInter filiam defuncti, & agnatos eius, de quodam prædio mota eſt quæſtio, agnatis feudum, filia verò allodium ſiue libellarium eſſe aſſerentibus. ſuper poſſeſſione apud quem manere debeat, quærebatur. Reſponſum eſt, apud filiam poſſeſſionem interim eſſe collocandam: deficientibus verò hincinde probationibus, per iuſiurandum cauſa cognita res decidetur, electione danda agnatis. Defuncto milite, inter dominum & filiam illius ſuper quodam feudo quærebatur: domino feudum, filia allodium ſiue libellarium eſſe allegante. Reſpondit, filiam in poſſeſſione feudi manere debere, donec de eo iudicetur. probatione verò hincinde ceſſante, electio iuriſiurandi filiæ danda eſt.*

ᵃ De poſſeſſione apud filiā collocādā. tit. 3.

Inueſtitura ſumit effectum, cum feudum ſibi vel heredi ſuo fuerit apertum. Bald.

ᵛ Dominũ inueſtituram feudi ſui militis in alium facere poſſe. tit. 4.

¶ " Moribus receptũ eſt, dominum de feudo militis ſui quod poſt mortem ipſius ad dominum reuerti ſperabatur, in alium militem inueſtituram facere poſſe: quæ inueſtitura tunc demum capiet effectum, cum feudum domino aut heredi ſuo fuerit apertum. Secus eſt in eccleſiaſticis perſonis. nam ſi eccleſiaſtica perſona talem faciat inueſtituram: non aliter valebit, niſi ſibi, non etiam ſucceſſori ſuo feudum aperiatur: & in tali inueſtitura conſenſus eius de cuius feudo ſit, exquiri non oportet. 2

Si vaſallus domino inficietur feudum, vel feudi partem, aut eius conditionem: conuictus poſtea de mendacio, perdit feudum, & eius conditionem. Bald.

ᵛ De pœna inficiationis feudi. tit. 5. Cuia.

¶ "Vaſallus ſi feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionem ex certa ſcientia inficiatur, & inde conuictus fuerit, eo quòd abnegauit feudum eius, vel conditionem, expoliabitur. alius autem vaſallus quamuis hoc ſciens non patefaciat, feudum tamen retinet: aut ſi aliam rem domini celauerit vaſallus, feudum tamen non amittit. " 3

ᵛ De præſcriptione feudi longiſſima. tit. 6.

Qui per triginta annos rem alicuius tanquam in feudum poſſedit, & pro ea ſeruitium præſtitit domino, præſcribit in feudum. Bald.

¶ "Si quis per triginta annos rem aliquam vt 4

feud

feudum poſſedit, & ſeruitium domino exhibuerit: quamuis de ea re non ſit inueſtitus, præſcriptione tamen triginta annorum ſe tueri poteſt.

"*Qui clericus efficitur, aut votum religionis aſſumit: hoc ipſo feudum amittit.*

"*Et ſi vaſallus omni anno domino ſe non repræſentat: feudum tamen non amittit.*

"*Omnes filij eius qui feudum acquiſierit, fidelitatem facere debent: maximè ſi indiuiſum habẽt. quòd ſi feudum ex diuiſione ad vnũ tantũ peruenerit: ille tantum faciet fidelitatem.*

"*Adoptiuus filius in feudum non ſuccedit.*

"*Mulier habens feudum, relictis filijs ex duobus matrimonijs deceſſit: inter quos feudi quæſtio aliarumq́; rerum maternarum vertebatur. obtinuit filios prioris matrimonij tam in feudo quàm in cæteris potiores eſſe.*

"*Naturales filij licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi, nec ſoli, nec cum alijs admittuntur*

"*Si minori datum fuerit feudum, fidelitatem facere non cogatur, donec venerit in maiorem ætatem, in qua doli capax ſit: feudum tamen retinet.*

Si filius impubes ſucceſsit vaſallo: non cogitur facere fidelitatem, nec ſeruitium perſonale poteſt præſtare. Bald.

" Clericũ feudũ perdere. tit.7. Cuia.

" An vaſallus qui ſe nõ exhibet domino, feudum amittat. tit. 8. Cuiac.

" Omnes fidelis filios fidelitatẽ facere debere. tit.9.

" Adoptiuũ in feudũ nõ ſuccedere. tit. 10.

" Filios ſecũdi matrimonij, tũ fœminæ in feudũ ſuccedere. ti.11. Cuiac.

" Vt naturales pòſt facti legitimi non ſuccedant. tit.12. Cuiac. " De minore ad fidelitatẽ feudi nõ cogẽdo. ti. 13. Cuiac.

¶ Si quis deceſſerit filio impubere relicto, fide- 5
litatem nec ipſe, nec alius pro eo facere cogitur. Idem de ſeruitio perſonali. alius tamen pro eo faciens ſeruitium admittetur.

Quando agnat⁹ ad feudũ admittatur, vel excludatur. tit. 14. Cuiac.

Titius filios maſculos non habens, partem ſuam feudi Seio, partem eiuſdem feudi poſſidenti agnato ſuo conceſſit. Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partem illius feudi nullo dato pretio recuperare poteſt. quod ſi Titius filios proprios haberet, precio reddito etiam viuo Titio: quòd ſi conſenſit alienationi, vel per annum ex quo ſciuit, tacuit: omnino remouebitur.

Facta domino de feudo abuſiua inueſtitura, cogitur dominus vaſallum mittere in poſſeſsionem, nec liberatur intereſſe præſtando. Bald.

Dominũ feudi tradere cogi. tit. 15. Cuiac.

¶ Si facta de feudo inueſtitura pœniteat do- 6
minum antequam poſſeſsionem transferat: an præſtando intereſſe vaſallo, liberetur, quæſitũ fuit. Reſponſum eſt, prætermiſſa condemnatione, dominum poſſeſsionem feudi de quo inueſtituram fecit, tradere compellendum.

Quando filij in feudũ nõ ſuccedant. tit. 16. Cuiac.

Filij nati ex ea vxore, cum qua matrimonium tali conditione contractum eſt, ne filij ex ea nati, patri ab inteſtato ſuccedant: in feudo ſuccedunt. nam quamuis ratione improbetur talis conditio, ex vſu tamen admittitur.

Ei qui non vult aliquid conſequi, ſed ius quæſitum conſeruare, non imminet ius offerendi, niſi dies fuerit appoſita. Bald.

¶ Licet

7 ¶ "*Licet vaſallus domino ſeruitium non offerat: quantocunque tempore ſteterit, dummodo domino petenti ſeruire paratus ſit, beneficium non amittit. ſi tamen ſciat ei magnum periculum imminere: vltro adiutorium ſuum ei debet præbere. Inde quæſitum eſt, ſi dominus in periurium incidat, quia dare non valeat quod dare iurauerat: & vaſallus eum liberare poßit ſuam pecuniam dando, & non facit: an beneficium amittat. & reſponſum eſt, non amittere.*" Vaſallū nō teneri offerre ſeruitium.ti.17. Cuiac.

"*Si vaſallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat: neque filius, neque eius deſcendentes ad id feudum reuocabuntur: ſed agnati qui quarto gradu ſunt: dummodo ad eos pertineat.*" Feudo amiſſo filios vaſalli excludi. ti.18. Cuia.

"*In generali alienatione vaſalli non continetur feudum, niſi nominatim dictum ſit.*" In generali alienatione non contineri vaſallos. tit.19. Cuiac.

Si vaſallus feudum ignorans alienauit, feudum non amittit, & ſibi reſtituendum eſt, non domino: tenebitur tamen ad intereſſe emptori ignoranti. Bald.

8 ¶ Si "*vaſallus feudum alienauit ignorans: non domino, ſed ipſi vaſallo feudum reſtituendum eſt: ad intereſſe verò emptori ignoranti condemnandus eſt vaſallus.*" Vaſallū repetere feudū q̄d ignorās alienauit. tit.20.

"*Vaſallus feudum quod ſciens abnegauit amittit: ignoranti vero ſubuenitur. Quòd ſi dubitet: dubitanter reſpondere debet.*" De pœna negātis feudū. tit.21.

Feudũ vaſallo in feudum dari poſſe. tit. 22. Cuiac.

"*Beneficium à vaſallo in feudum, ſi nihil in fraudem legis fiat, rectè dari poteſt: dum tamen mil ti detur.*

"*Si vaſallus de beneficio ſuo agat, vel cõueniatur: ſiue obtineat, ſiue nõ, licet ignorante domino fiat, omni tempore firmũ erit illud iudicium. nam & tranſigere rectè poterit: nec quod accepit tranſactionis nomine, feudum erit.*

Vaſallũ agere & conueniri de feudo poſſe. tit. 23.

Si dominus cõmiſit feloniã, per quã ſi eam committeret vaſallus in dominũ, amitteret feudũ: dominus etiam perdere debet feudi proprietatẽ. Bal.

Quando proprietas feudi ad vaſallũ perueniat. tit. 24.

¶ "*Domino committente feloniam, (vt ita dicam) per quam vaſallus amitteret feudum ſi eam committeret: quid obtinere debeat de conſuetudine, quæritur. & reſpondetur, proprietatem feudi ad vaſallum pertinere, ſiue peccauerit in vaſallum, ſiue in alium.*

Feudum iiſdem de cauſis amitti, licet datum ſit heredi, & cui vaſallus dederit. tit. 25.

"*Feudum ea lege datum, vt ipſe & heredes ſui maſculi & fœminæ, & cui dederit, habeant: iiſdem culpis amittitur, quibus & aliud feudum. Quod ſi vaſallus alienauit, feudum eſſe deſinit apud emptorem.*

De pactione de nõ petendo feudo. tit. 26.

"*Titius cum Sempronio fratre ſuo feudum paternum poſſidente pactum fecit de eo feudo non petẽdo à Sempronio heredibúſve ſuis. Sempronio ſine herede maſculo defuncto, inter Titium & Seium fratrem ſuum de eo feudo quæſtio orta eſt. quid inde fieri debeat, quæritur. Reſponſum eſt, pactum non obſtare Titio.*

DE PACE TENENDA, ET EIVS VIOLATORIBVS.

In editione Cuiacij omittitur hoc loco hic titulꝰ, quia in li. 5. omnes cōſtitutiones feudales adgregauit.

TITVLVS XXVII.

Imperator adulatur omnibus,ſuadés quòd debeant ſeruare pacem:& ſtatuit pœnam contra nō ſeruantes. Bald.

FRIDERICVS Dei gratia Romanus Imperator,ſemper Auguſtus,epiſcopis,ducibus,comitibus, marchionibus, & omnibus ad quos literæ iſtæ peruenerint, gratiam ſuā, & pacem, & dilectionem. Quoniam diuina præordinante clementia, ſoliū regiæ maieſtatis conſcendimus: dignū eſt vt cuius præcellimus munere, illi omnino pareamus in opere. Inde eſt quòd nos tam diuinas quàm humanas leges in ſuo vigore manere cupientes, & eccleſias ſiue eccleſiaſticas perſonas ſublimare, & ab incurſu & inuaſione quorumlibet defenſare intendentes, quibuſcunque perſonis ius ſuum conſeruare volumus: & pacem diu deſideratā, & antea toti terræ neceſſariam, per vniuerſas regni partes habendam regia authoritate indicimus. Qualiter autem eadem pax tenenda ſit & ſeruanda, in ſubſequentibus declarabitur euidenter. Si quis hominē intra pacē conſtitutum

tum occiderit, capitalem ſubeat ſententiam: niſi per duellum hoc probare poßit, quòd vitam ſuam defendendo illum occidit. Si autem omnibus manifeſtum ſit, quòd non neceſſario, ſed voluntariè illum occiderit: tunc neque per duellum, neque quolibet alio modo excuſabitur, quin capitali damnetur ſententia. Si vero violator pacis à facie iudicis fugerit: res eius mobiles à iudice in populum publicentur, & diſpenſentur: heredes autem ſui hereditatem quam ipſe tenebat, recipiant tali conditione interpoſita, vt iureiurando ſpondeant, quòd ille violator pacis nunquam decatero ipſorum voluntate aut conſenſu aliquod emolumentum inde percipiat. Quòd ſi heredes neglecto poſt modū iuris rigore, hereditatem ei dimiſerint: comes eandem hereditatem regia ditioni aßignet: & à regio iure beneficium ſuſcipiant. Si quis aliū intra pacis edictum vulnerauerit: niſi quòd in duello, & vitam ſuam defendendo hoc fecerit, probauerit, manus ei amputetur: & ſicut ſuperius dictum eſt, iudicetur: & iudex in cauſa ipſum, & res eius ſecundum rigorem iuſtitiæ ſtrictius conſequatur. Si quis aliquem ceperit, & abſq; ſanguinis effuſione fuſtibus percuſſerit, vel crines eius aut barbam expilauerit: decem libras ei cui iniuria illata eſſe videtur, per compoſitionem impendat: & iudici viginti libras perſoluat.

Si

Si vero temerarius abſque percuſſione eum inuadat eo quod vulgo dicitur ciſteros, & calida manu ac verberibus contumelijsq́; male tractauerit, quinq; libras pro tali exceſſu componat: & iudici pro tali exceſſu decem libras perſoluat. Quicunque iudici ſuo pro exceſſu viginti libras inuadiauerit: prædium ſuum pro pignore illi tradat, & intra quatuor ſeptimanas inuadiatam pecuniam perſoluat. Quòd ſi intra quatuor ſeptimanas prædium ſuum ſoluere neglexerit: heredes ſui ſi voluerint, hereditatem recipiant, & comiti intra ſex ſeptimanas viginti libras perſoluant. Si autem comes eandem hereditatem regiæ poteſtati conſignet: proclamatori etiam damnum reſtituat, & prædium à rege beneficiali iure obtineat.

Clericus qui pacem violauit, vel pacis violatorem receptauit: ſi quidem comparet in iudicio, pœna pecuniaria punitur. Si vero eſt inobediens: pœna maiori puniendus eſt. Bald.

1 ¶ *Si clericus de pace violata pulſatus fuerit, id eſt notatus & proſcriptus fuerit: aut pacis violatorem in contubernio ſuo habuerit: & de his in præſentia ſui epiſcopi ſufficienti teſtimonio conuictus fuerit: comiti in cuius comitatu idem clericus hoc perpetrauerit, viginti libras perſoluat: & de tanto exceſſu ſecundum ſtatuta canonum epiſcopo ſatisfaciat. Si autem idem clericus inobediens extiterit: non ſolum*

officio

officio & beneficio eccleſiaſtico priuetur, verumetiam tanquam proſcriptus habeatur.

¶ Si iudex populi clamore aliquem pacis violatorem ad caſtrum alicuius domini ſecutus fuerit: dominus cuius caſtrum id eſſe cognoſcitur, ad faciendam iuſtitiam illum producat. Qui ſi de ſua fuerit diffiſus innocentia, & ante conſpectum iudicis venire formidauerit: ſi manſionem in caſtro habet, dominus eius omnia bona mobilia ſub ſacramento iudici repræſentet: & eum decætero in domo ſua, tanquam proſcriptum, non recipiat. Si vero manſionem in caſtro non habuerit: dominus eius ſecurè eum adducere faciat, & poſtmodum iudex cum populo eum tanquam pacis violatorem perſequi non deſiſtat. Si duo homines pro vno beneficio contendunt, & vnus ſuper eodem beneficio inueſtitorem producit: illius teſtimonium, cum inueſtitor donum inueſtituræ cognoſcit, comes primò recipiat: & ſi idem probare poterit idoneis teſtibus quòd abſque rapina hoc idem beneficium habuit: remota controuerſiæ materia, id obtineat. Quòd ſi de rapina præſente iudice conuictus fuerit: rapinam dupliciter ſoluat: beneficio verò careat: niſi iuſtitia & iudicio dictante illud in poſterum requirat. Si tres vel plures contendunt de eodem beneficio, producentes vtrinque diuerſos inueſtitores; iudex in cuius præſentia 2

cauſa

cauſa ventilatur, à duobus requirat boni teſtimonij hominibus, in prouincia eorundem litigatorum commorantibus, per ſacramentum quod iurauerint, quis illorum abſque rapina eius beneficij poſſeſſor extiterit: & cognita ex ipſorum teſtimonio rei veritate, poſſeſſor beneficium ſuum quietè obtineat: niſi iudicio & iuſtitia dictante alter de manu ſua illud eripiat.

Miles à ruſtico de pace violata pulſatus, militari manu ſe purgabit. Bald.

3 ¶ *Si ruſticus militem de violata pace pulſans, manu ſua iurauerit, quòd non de voluntate ſua, ſed de neceſſitate hoc fecit: manu militari ſe miles expurgabit.*

Si miles ruſticum de violata pace pulſauerit, & manu ſua iurauerit, quòd non voluntate, ſed neceſſitate hoc fecit: de duobus vnum ruſticus eligat, an diuino, an humano iudicio innocentiam ſuam oſtendat: aut ſeptem teſtibus idoneis quos iudex elegerit, ſe purget. Si miles aduerſus militem pro pace violata, aut aliqua capitali cauſa duellum commitere voluerit: facultas pugnandi ei non concedatur, niſi probare poſſit quòd antiquitus ipſe cum parētibus ſuis natione legitimus miles exſiſtat.

4 ¶ *Poſt natalem ſanctæ Mariæ vnuſquiſq; comes ſeptē boni teſtimonij viros ſibi eligat: & de qualibet prouincia cū ipſis ſagaciter diſponat &*

& quanto precio ſecundum qualitatem temporis ſit annona vendenda, vtiliter prouideat. Quicunque vero contra deliberationem ipſius, intra anni terminum altius modium & carius vendere præſumpſerit, tanquam violator pacis habeatur: & totidem viginti libras comiti exoluat, quanti modios ſiue maldios altius vendidiſſe conuictus fuerit.

Ruſticus arma non portet: nec mercator qui negotiandi cauſa per prouinciam tranſit: nec miles ad palatium comitis. Bald.

Si quis ruſticus arma vel lanceam portauerit, vel gladium: iudex in cuius poteſtate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti ſolidos pro ipſis recipiat à ruſtico. Mercator negotiandi cauſa per prouinciam pertranſiens, gladium ſuum ſuæ ſellæ alliget, vel ſuper vehiculũ ſuum ponat: non vt quem lædat innocentem, ſed vt à prædone ſe defendat. Nemo retia ſua, aut laqueos, aut alia qualibet inſtrumenta ad capiendas venationes tendat, niſi ad vrſos, apros, vel lupos capiendos. Ad palatium comitis nullus miles ferat arma niſi rogatus à comite.

Publici latrones antiqua damnantur ſententia. Bald.

¶ *Publici latrones & conuicti, antiqua damnentur ſententia.* 5 *Quicunque aduocatiam ſuam, vel aliquod aliud beneficium inornate tractauerit, & à domino ſuo admonitus non*

reſipuerit, & in ſua perdurans inſolentia, ordine iudiciario tam aduocatia quàm beneficio exutus fuerit: ſi poſtmodum auſu temerario aduocatiam vel beneficium inuaſerit, pro violatore habeatur.

Si furatus eſt aliquis valorem quinque ſolidorum, vel amplius, laqueo ſuſpendatur: ſi vero minus, ſcopis & forpice excorietur & tundatur.

Si quis quinque ſolidos valens, aut plus fuerit furatus, laqueo ſuſpendatur: ſi minus, ſcopis & forpice excorietur & tundatur. Si miniſteriales al cuius domini inter ſe guerram habuerint: comes ſiue iudex in cuius regimine eã fecerint, per leges & iudicia ex ratione proſequatur. Quicunq; per terram tranſiens equum ſuum pabulare voluerit, quanto propinquius ſecundum viam ſtans in loco amplecti potuerit ad refectionem & reparationem equi ſui, impune ipſi equo porrigat. Licitum ſit etiam ipſi vti herba & viridi ſylua: & ſine vaſtatione aliqua quilibet vtatur pro ſua commoditate, & vſu neceſſario.

ʸHIC FINITVR LEX: DEINDE CONSVETVDINES regni incipiunt.

ʸ Vaſallũ pro domino belligerari. Ti. xxvij.

TITVLVS XXVIII.

Vaſallus dominum ſuum non adiuuans in prælio iuſto, feudum perdit. Bald.

propinquum: paratum eſſe, vel non: dominum guerram habere, vel non: vtrum etiam magnã vel paruã: & annunciauit ei dominus, vel nõ: hæc omnia vertuntur in cognitione cauſæ, & promptiores ſumus ad abſoluendum, quàm ad condemnãdum. Tu tamẽ ſcias, quòd ſi vaſallus ſciat dominũ obſideri, vel aliter ei mortẽ imminere: & cum potuerit, ei nõ nũciauerit, vel etiã ſine nũtio eum nõ adiuuerit, feudo priuabitur.

2 ¶ *a Si vaſallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipſum ſua pecunia meliorauerit, & cõtigerit poſtea vt vaſallus ſine filio maſculo decedat: dominus aut patiatur ædificiũ auferri, aut ſoluat precium meliorationis. Idem dico ſi precio ſeruitutem fundo acquirat. Quidã alij dicunt omnino ad dominum pertinere.* a De ædificio facto in feudo. Tit.xxix.

Si vaſallus nullo herede relicto ante Martium deceſſerit, fructus domino pertinent ad quem deuoluitur feudum. Bald.

[*a His conſequenter dicitur, quòd*] *ſi vaſallus decedat ſine herede maſculo, & contingat feudum ad dominum reuerti, ſic diſtinguitur, quòd ſi ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes, ad dominum pertinebunt. Si vero poſt kalendas Martij vſque ad Auguſtum, omnes fructus qui interim percipiuntur, ad heredes vaſalli pertineant. Si vero poſt Auguſtum, omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt* a De fructibus feudi. Tit.xxx.

quocunque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere.

∵ De auxilio vaſalli. Tit. xxxj.

" *Contra omnes debet vaſallus dominum adiuuare, & contra fratrem & filium [& " patrem] niſi contra alium dominum antiquiorem. hic enim cæteris eſt præferendus.*

∵ Incluſa delet Cui. quod dicit à veteri libro abeſſe.

∵ Quãdo filij in feudum non ſuccedũt. Tit. xxxij.

"DE FILIIS NATIS EX MATRIMONIO AD MORGANATICAM contracto.

TITVLVS XXIX.

QVIDAM *habens filium ex nobili coniuge, poſt mortem eius non valens continere, aliam minus nobilem duxit: qui nolens exiſtere in peccato, eam deſponſauit, ea lege, vt nec ipſa, nec filij eius amplius habeant de bonis patris, quàm dixerit tempore ſponſaliorum: verbi gratia decem libras, vel quantum voluerit dare quando eam deſponſauit: quod* Mediolanenſes *dicunt accipere vxorem ad morganaticam: alibi, lege* Salica. *hic filijs ex ea ſuſceptis deceßit. Iſti in proprietatẽ non ſuccedunt, alijs extantibus: ſed nec in feudo, etiam alijs non exiſtentibus: qui licet legitimi ſint, tamen in beneficio minime ſuccedunt. In proprietate vero ſuccedunt patri, prioribus*

non

non exiſtentibus. Succedunt etiam fratribus ſine legitima prole decedẽtibus ſecundum vſum Mediolanenſium.

"DE FEVDO FOEMINAE.

"Quando filia ſuccedit in feudum. Tit. xxxiij.

TITVLVS. XXX.

Filię matri in feudo fœmineo ſuccedunt maſculis non extantibus, ſecundum Obertum & Gerardum: ſed ſecundum alios non ſuccedunt, niſi per pactum ſit actum. Bald.

SI *fœmina habens feudum deceſſerit: quia fœmineum eſt feudum, & ſine pacto ſpeciali, deficientibus filijs maſculis ad filias pertinebit.* Obertus & Gerardus. *Alij vero dicunt niſi per pactum ſpeciale ad eas non pertinere: ſicut ſi datũ eſſet filio maſculo: quia ſi ideo quòd eſt fœmineum, ſine pacto tranſit in fœminas: eadem ratione, quia eſt fœmineum, tranſit in fœmineam prolem, etiam maſculis extantibus: quod falſum eſt. Ex hoc illud deſcendit quod dicitur, clericum nullo modo in beneficium paternum debere ſuccedere, etiam ſi poſteaquam habitum religionis aſſumpſerit, poſtpoſuerit. Idem in omnibus qui habitum religionis aſſumunt, vt conuerſi. Hi enim nec poſtea in feudo ſuccedunt: & ſi quod habent, perdunt.*

*Patre feudū amittēte, filios nonſuccedere. Titu. 34.

*SI VASALLVS FEVDO PRIVETVR, CVI DEFERATVR.

TITVLVS XXXI.

VASALLI *feudum delinquentis, licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterum à domino licite acquirat ſibi gratiam faciente. Verbi gratia, ſi non ſunt alij ex latere, quibus aperiatur: ad eius petitionem admittuntur qui quarto gradu ſunt remoti ab eo qui id acquiſiuit, & etiam vſque ad infinitum, dum tamen hos conſtet ab eo per maſculos deſcendiſſe.*

---

*De probatiōe inueſtituræ. Tit. 35.

*QVI TESTES SVNT NECESSARII AD NOVAM ueſtituram probandam.

TITVLVS XXXII.

Noua inueſtitura probatur per teſtes pares curtis, aut per breue teſtatum à paribus cōfirmatum, ſiue dominus ſit laicus, ſiue clericus. Bald.

SIVE *clericus, ſiue laicus ſit dominus, ad probandam nouam inueſtituram ſemper pares curiæ ſunt neceſſarij: & ſi ſine eis facta ſit inueſtitura, etiam ſi dominus*

minus confiteatur factam: quia tamen ſine hac ſolemnitate facta eſt, non valet, etiam ſi probari poßit per breue teſtatum. Sed ſi alij contra teſtantur, & ſi dominus confiteatur factam, decurrens poſtea ad ſolemnitatẽ conſuetudinis, non audiatur: ſed tale habeatur ac ſi pares aſſuiſſent: ſed alij, etiam ſi probari poßit per breue teſtatum, vt Obertus & Gerardus, niſi à paribus curiæ fuerit confirmatum. Conſules tamen Mediolanenſes nuper in quibuſdam omnia contra reſcripſerunt: in quo fere omnes Mediolanenſes conſenſerunt & conſentiunt: vt breue teſtatum non à paribus, ſed ab aliis confirmatum ſufficiat ad probandam nouam inueſtituram. Nouam inueſtituram dico, quando feudum primo quæritur. De veteri autem beneficio inueſtituræ, quæ fit à domini ſucceſſore, vel vaſallo ſucceſſori: etiam extranei recipiuntur ad teſtimonium præter fœminas, ſecundum vſum Mediolanenſium. Iſtæ enim nec in cauſis feudi nec aliorum recipiuntur ad teſtimonium: cæteri autem recipiuntur in omnibus quæ ad cauſas feudi pertinent, præterquam de noua inueſtitura.

DE CONSVETVDINE RECTI FEVDI.

Quomodis feudũ adquiratur. Titulo xx.vj.

TITVLVS XXXIII.

SCIENDVM *eſt itaque feudum acquiri inueſtitura, ſucceßione, vel eo quod habeatur pro inueſtitura: vt ecce ſi dominus alicui coram paribus curiæ dixerit, Vade in poſſeßionem illius fundi, & teneas illum pro feudo. Licet enim nõ interceßiſſet inueſtitura, tamen tale eſt ac ſi interceßiſſet: quia ille eius voluntate poſſeßionẽ fundi nactus eſt feudi nomine. Inde etiam dicitur, quòd ſi alius probauerit ſe aliquid nomine beneficij aliquo tempore tenuiſſe domino præſente & non contradicente, & ſeruitiũ eius quaſi à vaſallo recipiente: licet non probet inueſtituram, verumtamen obtinebit præſtito iuramento: niſi aliud contrà inducatur. Quod autem dictum eſt, vt per pares probetur inueſtitura, intelligendum eſt de eo domino qui alios habet vaſallos: cæterum ſufficiunt extranei. Nec dicatur, inueſtiturã, vbi ſine paribus facta eſt, valere, quoniam tunc temporis aberant pares: quia etiamſi abſint, tamen expectandi ſunt. Sacramentum non ſemper eſt dandum poſſidenti: ſed quãdoq; poßidenti, quãdoq; petenti, quãdoq; neutri datur: & cũ alicui horũ datur, ita demũ datur, ſi aliquid pro eo ſit quod iudicem moueat. Vbi nihil eſt quod faciat pro aliquo eorum præter poſſeßionem ſolam: tunc ſecundum quod iudici melius viſum fuerit, aut*

*poßid

poßidenti dabitur ſacramentum: aut. actore nihil probante, qui conuenitur, etiamſi nihil præſtiterit reus, tamen abſoluitur, vel obtinet. Et cum datur, aut datur à iudice, aut à parte: ſi à parte, aut ſubeat cum duodecim ſacramentalibus, ſecundum inferiorem diſtinctionem, aut referat pars cui delatum eſt. Si à iudice: iuret ille cui delatum eſt, cum duodecim vaſallis, cum ſex parentibus: cæteros ſi vult, habeat extraneos. Dominus verò ſi vult, cum parentibus, aut cum vaſallis ſolis, aut cum parentibus vaſalli, vel cum extraneis mixtis parentibus vel vaſallis: & iurabit vaſallus ſine mentione conſcientiæ. Dominus quoque de ſuo facto ſimiliter. De facto verò patris vel aui, aut alterius aſcendentis, iuramento conſcientia præponetur. Quidam tamen dicunt non quidem conſcientiam eſſe præponendam.

Vaſallus à domino non poterit exigere iuramentum calumniæ: ſed nec dominus exigere poteſt à vaſallo. Bald.

¶ *In quibus etiam cauſis ſacramentum calumniæ à domino non exigetur: quod nuper rex Fridericus in Romandiola conſtituit: vt vaſallus calumniæ ſacramentum à domino non exigat: quod etiam à parte domini intelligendum eſt: vt quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur.*

Similiter vaſallus dominum accuſare, vel teſtimonium contra eum reddere non debet in

ciuili cauſa modica, aut criminali. Quidam tamen dicunt in criminali non licere, in ciuili licere: in quibus ſi contra fecerit, feudo priuabitur.

Si contentio eſt de beneficio inter dominum & vaſallum: domino poſsidente, vaſallo autem in probatione deficiente, abſoluitur dominus ſine iuramento Bald.

v Si inter dominũ & vaſallũ de beneficio contẽtio ſit. Tit. 37.

¶ u *Item ſi inter dominum & vaſallum controuerſia ſit de beneficio: poſsidente domino, & vaſallo in probatione deficiente: qui conuenitur, nullo præſtito ſacramento abſoluatur. vaſallo vero poſsidente, & actore in probatione deficiente: ſi longa ſit vaſalli poſſeſsio, eius iuramento cauſa finiatur. Vbi vero noua eſt poſſeſsio: ſacramentum ei non præſtabitur, ſed domino deferetur: niſi aliud faciat pro poſsidente.* 2

---

y Hanc legem Corradi integrã adſcribit Cuiac. editio lib. 5.

x Tit. 38.

DE LEGE CORRADI.

x TITVLVS. XXXIIII.

Si inter capitaneos regis eſt contentio, coram rege debet definiri per l.Corradi: ſi vero inter valuatores, coram paribus curiæ. Bald.

L*EX Corradi de beneficio quæ dicit: Si inter capitaneos controuerſia ſit, coram rege finiatur: ſi inter valuaſores, coram paribus curiæ: Mediolani non*

tenetur

tenetur: ſed talis diſtinctio ibi obſeruatur, quia ſi inter duos, quicunque fuerint, de beneficio regali controuerſia fuerit, quorum vterque à rege ſe dicit inueſtitum fuiſſe, tunc cauſa coram eo decidatur: cæteræ vero cauſæ apud pares curiæ. Si autem *inter pares duos de aliquo beneficio controuerſia ſit, quorum vterque ſuum feudum proprium eſſe dicat: ſiue aſſerant eundum inueſtitorem, ſiue diuerſos: coram iudice vel arbitro finiatur. Sed cum vnum producunt inueſtitorem: ſi poßidenti dominus guarentizare voluerit, ſine fraude ipſe obtinebit: niſi aduerſarius contra aliquid induxerit.*

Dominus ſine vaſalli voluntate feudum alienare non poteſt: ſed hoc non ſeruatur Mediolani. Bald.

1 ¶ *Ex eadem lege deſcendit, quòd dominus ſine voluntate vaſalli feudum alienare non poteſt: quod* Mediolani non obtinet. *Ibi enim ſine curia etiam beneficium totum rectè alienatur: dum tamen aut æquali domino, aut maiori vendatur.* Inferiori *vero ſine vaſalli voluntate non licet partem alienare, etiam maiori retenta parte alia feudi. Verbi gratia: eſt vaſallus qui ab eodem domino in pluribus locis feudum tenet.* Si *partem feudi in vno loco vendat, in alio ſibi teneat: iſte non debet emptori ſeruire: ſed per priorem dominum*

totum

totum beneficium recognoſcere. Cum curia verò cuicunque beneficium etiam ruſtico, & ſine vaſalli voluntate, poteſt: dum tamen non totum alienetur. Obert. *Quidam autem dicũt, vt Gerardus, non valere, ſi fiat inferiori.*

Non poteſt regulariter vaſallus feudum ſine voluntate domini alienare: niſi det alij in feudum, & perſonæ ſibi æquali. Bald.

¶ *Similiter nec vaſallus feudum ſine voluntate domini alienabit: in feudum tamen rectè dabit, ſi ſecunda perſona ſit talis quæ feudo ſeruire poßit: vt ſi dans miles eſt: & ille qui accepit feudum, inueniatur miles, ad hoc vt feudum ſi contigerit, domino ſimiliter ſeruire vt & prior poßit: & hoc vt dare liceat in infinitum.* In *quibuſdam tamen curijs vltra tertiam perſonam feudi conceßio non extenditur: vt cum feudum peruenit in quartam perſonam, ei auferre dominus poßit. Profectò ille qui ſuum beneficium alij dat in feudum, non debet alia lege dare, niſi qua ipſe habeat: vt ſi habeat ſibi ſuiſque heredibus, (quod intelligi debet de ſolis maſculis) non debet alij dare vt habeat ipſe, & ſui heredes maſculi & fœminæ. Vnde quibuſdam placet, quod qui taliter dedit, eo ipſo beneficiũ amittit. Gerardus & alij dicunt quod qui dedit, & cui datum eſt beneficium, perdit. Secundum alios "vero tunc domino aperitur, cum maſculi defecerint.* 2

In editione Cuiac. eſt additũ, vt Obertum.

3 ¶ *Si fuerit inter dominum & vaſallum de beneficio controuerſia, domino dicente,* Hoc quod *tenes in feudum, à me habes: ille vero negauerit prorſus: ſi quidem probatum fuerit, ipſum ab eo auferatur. Sed cum dubitanter reſponſum fuerit, neſcio: minime, ſecundum quoſdam: ſed ſecundum alios tunc demum priuabitur, ſi fraudulenter, id eſt ſciens hoc negauerit.* ᵛ De pœna inficiãtis feudũ. Tit. xxxix.

ᵛDE CLERICO QVI INVESTITVRAM FACIT.

TITVLVS XXXV.

Vt ſucceſſor clerici inueſtitoris feudũ tradere cogatur. Tit. xl.

CLERICO *inueſtituram faciente de ſuis bonis, eius ſucceſſor omnifariam cogitur eam adimplere. Cumque de bonis eccleſiæ eam fecerit, ſi poſſeſsio rei pro beneficio inueſtituræ penes eum fuerit: ipſe & eius ſucceſſor ipſam adimpleant. quod etiam in laicis contingit. Vbi verò de alterius feudo fecerit inueſtituram: ſi quidem purè, nõ valeat: ſed ſi ſub tempore vel conditione quo feudum ſibi aperiatur, valebit inueſtitura etiam ſine voluntate vaſalli facta. Si tamen autè deceſſerit inueſtitor, quàm feudum ad eum reuertatur, ſucceſſor non cogitur eam habere ratam: aut cum ſe viuente feudum aper-*

tum fuerit, poſſeßionem tradat, & inueſtituram adimpleat. Et *ideo ſciendum eſt archiepiſcopum Mediolanenſem non poſſe dare in feudum quod tempore introitus ſui in dominico inuenerit: ſed ſi ei poſtea feudum aperiatur, ipſum rectè dabit.* Profectò *alij epiſcopi & clerici ea quæ in dominico habent, & feuda his aperta olim dederant, & hodie dant.*

ᵀ De vaſallo imperfecto. Tit. xlj.

"AN MVTVS VEL ALIAS IMPERFECTVS FEVDVM RETINEAT.

TITVLVS XXXVI.

Succedit militi patri mutus, aut aliter imperfectus, in feudo. Bald.

MVTVS *& ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, etiam ſi ſic natus fuerit, totum feudum paternum retinebit.* Obertus *&* Gerardus *& multi alij.* Quidam *tamen dicunt eum qui talis natus eſt, feudum retinere non poſſe, quia ipſum ſeruire non valet.* Sic *dicimus in clerico, & in fœmina, & in ſimilibus.*

ᵀ De vaſallo qui occidit fratrem ſuũ vel domini ſui. Tit. xlij.

"AN ILLE QVI INTERFECIT FRATREM DOMINI ſui, feudum amittat.

TITVLVS XXXVII.

xix

Vaſall

Vaſallus ſi fratrem domini ſui interfecit, non amittit feudum: ſed ſi fratrem ſuum occiderit proditionaliter, vel aliam feloniam commiſit, vt ſine verecundia in curia eſſe non poſsit, feudum amittit, & tranſit ad agnatos. Bald.

SI *quis interfecerit fratrem domini ſui, non ideo beneficium amittit: ſed ſi fratrem ſuum interfecerit ad hoc, vt totam hereditatem habeat, vel aliam feloniam commiſerit: verbi gratia, hominem tradendo, vt in curia amplius ſtare non poßit: priuabitur beneficio: quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, ſi paternum fuerit: eodem prorſus obſeruando quantum ad ordinem gradus qui cõtinetur in legibus. Cum autem ad dominum reſpicit felonia, feudum tunc domino aperitur.*

1 ¶ " Non *cogitur vaſallus omnino, ſecundum vſum* Mediolanenſem, *dominum adire, & ſeruitium ei offerre: ſed cum nũciatum ei fuerit, tunc domino ſi poteſt, ſeruiat.* " Non teneri vaſallum offerre ſeruitium. Tit. xliij.

"DE VASALLO QVI CONTRA CONSTITVTIONEM LOTHARIJ REGIS BENEFICIUM ALIENAUIT. " De alienatiõe feudi. Titu. xliiij.

TITVLVS XXXVIII.

Vaſallus

Vaſallus inquantum beneficium alienauit inſcio aut nolente domino, in hoc grauatur, quia alienatum ad dominum redit. Bald.

SI *vaſallus contra conſtitutionem* Lotha*rÿ regis beneficium alienauerit: ſi totum, perdat totum: ſi partem, partem perdat: & ad dominum reuertatur.* Et ideo *ſi contra vnum dominorum, quorum communis vaſallus erat, fecerit feloniam, eum forte cucurbitando: eius ſolius parte priuabitur. & ſi voluerit vnius ſolius partem refutare, alÿs ſibi reſeruatis, hoc facere poterit: quia vaſallus etiam ſine domini voluntate recte feudum refutare poteſt: poſt refutationem tamen ad ſeruiendum non tenetur: ſed eum quidem tunc offendere non debet.*

DE ALIENATIONE PATERNI FEVDI.

ᵞTit.xLv. ⁿTITVLVS XXXIX.

Vaſallus feudum paternum etiam domini voluntate alienare non poteſt, non conſentientibus agnatis. Bald.

ALIENATIO *feudi paterni nō valet etiam domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus, ad quos beneficium quandoq; ſit reuerſurum: nec in filiam vaſallus feudum poterit cō-*

firmare

confirmare agnatis non conſentientibus, vel poſtea ratum non habentibus: & licet prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos, tamẽ ſi paternum fuit, concederetur: & ſi libellum vnus alteri fecerit de feudo paterno, non eſt libellus, ſed quaſi refutatio.

1 ¶ "*Si inter dominum & vaſallum de beneficio fuerit controuerſia: coram paribus finiatur. Vbi autem dicit vaſallus prius de ſuo recto feudo debere ſe à domino inueſtiri: ſi quidem ſine controuerſia de alio ſit vaſallus, indubitanter primò inueſtiendus eſt: & poſtea cognoſcendum eſt quod ſit ſuum rectum feudum, aut quod non. Sed ſi nihil aliud ab eo tenet pro beneficio, niſi de quo controuerſia eſt: tunc tota cauſa prius ventilanda eſt: & ſic videndum vtrum poſtea inueſtiendus ſit.*

"De feudi controuerſia inter dominũ & vaſallũ. tit. 46.

De felonia, aut de infidelitate, ſecundum conſuetudinem Mediolanen. non fit pugna: ſed ſecũdum legem Lombar. Bald.

2 ¶ "Non *eſt conſuetudo Mediolani, vt de felonia aut de infidelitate pugna fiat: licet contrarium ſit quod præcipit lex* Longobardorum, *vt de infidelitate pugna fiat.*

"De infidelitate pugnã nõ fieri. tit. 47.

"*Si à morte vaſallus dominum liberare potuerit, & non fecerit, beneficio carebit: ſed licet potuerit facere ne dominus in peccatum præcipitaretur, veluti periurium: non tamen feudo priuandus erit.*

"Quando vaſall⁹ feudũ perdat. tit. 48.

*Addit Cuiac. regis factis in Roncha lia. tit. 49.

"DE CAPITVLIS CORRADI.

TITVLVS XL.

Si vaſallus vel eius heres intra annum & diem veterem non petierit inueſtituram à domino, vel herede eius, feudum amittit: ſed Mediolani non ſeruatur. Bald.

HAEC *ſunt capitula quæ rex Corradus fecit in Romandiola de beneficijs. Conſtituit enim, vt ſi poſt mortem domini vaſallus, vel poſt mortem vaſalli heredes eius per annum & diẽ ſteterint quòd dominum vel heredem eius non adierint, fidelitatem pollicendo, & inueſtituram petendo: ſi tale ſit beneficium vt fidelitas ſit præſtanda, ipſum perdat: ſicut & antiquitus conſuetudo fuit: ſed non Mediolani. Præterea vt liceat dominis omnes alienationes feudi factas, nulla obſtante præſcriptione reuocare. Similiter in petendis hoſtendiitijs (hoſtenditiæ dicuntur adiutorium quod faciunt dominis Romani cum rege in hoſtem pergentibus) vaſalli qui cum eis non vadunt: verbi gratia, in Lombardia de modio. xij. denarios: in Theutonica terra tertiam partem fructuum, facta computatione fructuum ſolummodo eius anni quo hoſtem faciunt.*

Ob

Ob prælati delictum eccleſia ad tempus feudo priuatur. Bart.

Item ſi clericus, veluti epiſcopus, abbas, beneficium habens à rege datum non ſolummodo perſonæ, ſed eccleſiæ, ipſum propter ſuam culpam perdat: eo viuente, & eccleſiaſticum beneficium vel honorem habente, ad regem pertineat: poſt mortem vero eius ad ſucceſſorem eius reuertatur.

---

*DE CONTROVERSIA INTER MASCVLVM ET FOEMINAM de beneficio.

*Cuius iuramento ſtetur in quæſtione feudi. Tit. 50.

TITVLVS XLI.

ITEM *ſciendum eſt quòd ſi inter maſculum & fœminam controuerſia fuerit, maſculo dicente, hoc eſt feudum: fœmina negante: niſi apertis probationibus fœmina oſtenderit non eſſe feudum, creditur maſculo cum ſuo iuramento affirmanti cum duodecim ſacramentalibus. Sed ſi inter dominum & fœminam, domino dicente feudum, fœmina negante: probationibus deficientibus detur fœminæ ſacramentum.*

Item ſi ſit inter dominum & emptorem feudi:ſi emptor dicat non eſſe feudum, domino in probatione deficiente, ſacramento emptoris finiatur. Quidam tamen diſtinguunt:vt ſi magna eorum pars quæ vaſallus ibi tenebat, feudum ſit: detur domino ſacramentum, alibi fœminæ.

ᵃ Electionem dari emptori feudi, cui feudũ reſtituat, domino an vaſallo ignoranti. tit.51.

ᵃDE CONTROVERSIA INTER DOMINVM ET EMPTOREM FEUDI.

TITVLVS XLII.

DOMINO *cum emptore feudi agente, ſi vaſallus iurare poterit quòd ignorans eſſe beneficium vendidiſſet, credens proprium:electioni emptoris committitur, vtrum domino velit ipſum cedere, an vaſallo reſtituere. Obertus dicit omnia vaſallo reſtituenda.*

Quo reſtituto, id beneficium vaſallus retinebit, non nocente nec obſtante venditione, eo quòd ignorans alienauit. & quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino, intelligendum eſt, cum à ſcientibus alienatur beneficium. Et quod dicitur de venditione, idem eſt in omnibus alienationibus.

"DE CONTROVERSIA INTER VASALLVM ET ALIVM de beneficio.

" Vaſallũ de feudo agere & conueniri poſſe.tit. 52.

TITVLVS XLIII.

Vaſallus agere & conueniri poteſt pro feudo, & pro parte feudi,etiam domino abſente,& quaſi pro re propria.Bald.

SI *controuerſia inter vaſallum & alium de beneficio fuerit,aduerſario proprietatem totius,vel partem,vel aliud aliquod ius ſibi vindicante : cauſa per vaſallum, etiam domino abſente , quaſi propria ad finem perducatur. ipſe enim ſolus vtiliter agendi & excipiendi habet poteſtatem. & ſi pro eo , aut contra eum iudicatum fuerit, vel cum aduerſario tranſegerit , dummodo fraudulenter actũ non ſit,etiamſi pòſt beneficium domino aperiatur, tale erit ac ſi eo cauſam agente iudicatum fuiſſet: & ideo ab eo ratum haberi oportet.*

"QVID IVRIS SI POST ALIENATIONEM FEVDI VAſallus id recuperauerit.

" De feudi alienatione & recuperatiõe. Tit 53.

TITVLVS XLIIII.

Culpa quæ non tranſiuit in perpetuam priuationem, non poteſt purgari. Bald.

PRAETEREA ſi vaſallus ante conſtitutionem Lotharij regis feudum alienauerit: quod in quibuſdam curijs pro parte, in quibuſdam pro toto olim licebat, & ipſum poſtea recuperabat: pro feudo ſibi retinebat: hoc eſt, in cauſam feudi recadebat. hodie autem ſi ipſum alienauerit, ſi quidem illicitè, licet poſtea recuperauerit, tamen penes eum non remanebit: vtpote domino, ad quemcunque peruenerit, apertum. Profectò ſi domini voluntate vendiderit, vel per libellum, vel aliter alienauerit: ſi idem poſtea recuperauerit feudum, penes eum remanebit, non iure beneficij, ſed aut iure proprio, aut iure libelli, aut aliter ſecundum quod idem recuperauerit: dummodo ſcias quòd ſi ad libellum domini voluntate id dederit, ſi quidem pro libello ei datur ſingulis fortè annis, & hoc iure feudi cenſebitur. Illud verò ius quod per libellum tranſtulerit, & poſtea recuperauerit: pro beneficio non tenebit, ſed velut alterius rei data per libellum. etenim ſi feudum domino refutauerit, libellum retinebit.

AN

AN AGNATVS VEL FILIVS [DEFVNCTI] POSSIT retinere feudũ repudiata hereditate.

TITVLVS XLV. Tit.14.

Primo tractat an agnatus poſſit hereditatem agnati repudiare,& feudum retinere.Secundo an filius vaſalli poſſit hereditatem repudiare, & feudum retinere.Secunda in verſic.ſi vero.

SI *contigerit vaſallum ſine omni prole decedere:agnatus ad quem vniuerſa hereditas pertinet, repudiata hereditate, feudum, ſi paternum fuerit, retinere poterit: nec de debito hereditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur: ſed in fructibus ſi quos reliquit, vt de eis debitum ſoluatur, quo tempore deceſſerit (ſecundum quod ſuprà diximus) conſiderabitur. Vbi verò filium reliquit, ipſe non poteſt hereditatem ſine beneficio repudiare: ſed aut vtrunque retineat, aut vtrunq; repudiet: quo repudiato, ad agnatos, ſi paternum ſit, pertinebit. & licet alterum ſine altero retinere nõ poſſit, agnatis tamen conſentientibus poterit dominus eum, ſi voluerit, quaſi de nouo beneficio inueſtire: quo facto licebit ei repudiata hereditate feudum tenere, nullo onere ei hereditario imminente.*

Corã quo ſit quęſtio feudi ventilanda. tit.55.

"AN APVD IVDICEM VEL CVRIAM DOMINI QVAESTIO feudi debeat terminari.

TITVLVS XLVI.

EX eo quod ſupra diximus, vt ſi inter duos de beneficio fuerit controuerſia, coram iudice vel arbitro finiatur: talis hic ſit quæſtio: Quodam ſine filio decedente, alius credens beneficium quod ipſe tenebat, apertum domino eſſe, ab eo inueſtitus eſt eius beneficij nomine. econtra apparẽt agnati qui feudum ſibi vindicant quaſi paternum. Eſt igitur quæſitum, an apud curiam domini vel iudicem ſit hæc quæſtio terminanda. Et reſponſum ſcio, quia ad dominum quodammodo cauſa ſpectare videtur: ad quem inueſtitus habebit regreſſum de euictione: vt coram paribus finiatur curtis. & licet alter per ſe non poßit alterum trahere ad curiæ iudicium: generaliter tamen, etiamſi inter duos cauſa fuerit de beneficio, eos curia vocante, non licebit eorum alicui eius curiæ iudicium declinare.

QVAL

"QVALITER DOMINVS PROPRIETATE FEVDI PRIVETVR.

"De pœna domini feloniã cõmittentis. tit. 56.

TITVLVS XLVII.

Dominus propter feloniam commiſſam in vaſallum, feudi proprietate priuatur: ſicut econtra vaſallus feudo. Bald.

EX facto quæſitum ſcio, & ego à pluribus quæſiui, ſi dominus contra vaſallum apertam feloniam fecerit: an ſicut vaſallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate priuetur. Et quidam dicunt, ex omni felonia qua vaſallus feudo priuatur, & dominus proprietate priuetur. Alij non, niſi ex magna felonia: alij ex nulla. Sed prior ſententia mihi placet, non habita diſtinctione qualis vaſallus ſit, vtrum per ſacramentum, vel non.

"DE FEVDO NON HABENTE PROPRIAM FEVDI NATVRAM.

"Quando feudũ licitè alienetur. tit. 57.

TITVLVS XLVIII.

Si miles accepit caſtrum in feudum à duce, vt ipſe & ſui heredes quibus dederit, id habeant: non habet hoc feudum propriam feudi naturã. Bart.

S*I quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipſe & ſui heredes, & cui ipſe dederit, habeant:* Reſpondeo, *iſte qui ſic accepit, poterit id vendere, vel donare: vel aliter, ſi ſibi placuerit, etiam ſine voluntate domini alienare: & ille etiam cui datum fuerit, non habebit ipſum pro feudo, niſi ſicut ei datũ eſt. Sed qualitercunque ei datum fuerit, ſiue ad proprium, ſiue ad libellum: licet propriam feudi naturam non habeat, iure tamen feudi cenſebitur: vt ex his cauſis ipſum amittat, quibus & verum feudum. Vbi ergo ſic datum eſt feudum, & cui in feudum dederis, aliud eſt: & propriam feudi naturam habet.*

Quando pactũ non obſtat ſucceſſiõi feudi. Tit. 58.

DE EO QVI FINEM FECIT AGNATO DE FEVDO PATERNO.

TITVLVS XLIX.

T*RES erant agnati, vel plures: vnus eorum habebat feudum quod erat paternum: ſed alter eorum finem & refutationem ei ſuiſq; heredib*

redibus, & cui ipſe dederit, fecit. deceßit iſte ſine filio maſculo. Alter qui non refutauit, vindicat ſibi totum. Alter verò qui refutationem fecit, vult ad ſucceßionem venire, pacto non obſtante. Sapientes quidam Mediolanenſes interrogati, reſponderunt non obſtare illud pactum, niſi feudum omnino refutauerit, vel niſi ad hoc refutauerit, vt dominus eum quaſi de nouo beneficio inueſtiret. Tunc enim ſecuta inueſtitura noua, quaſi nouum ſit feudum, non ſuccedit.

DE NATVRA SVCCESSIONIS FEVDI.

"TITVLVS L. "Tit. 59.

SVCCESSIONIS *feudi talis eſt natura, quòd aſcendentes non ſuccedũt: verbi gratia pater filio: inferius verò filius patri ſuccedit, & non filia, niſi ex pacto, vel niſi ſit fœmineum. Tunc enim ſuccedit filia matri & patri: ſecundum quoſdam ſuccedit nepos ex filio ſolus: & ſic vſque in infinitum: ex latere omnes per maſculos deſcendentes, vſque in infinitum, ſi feudum ſit paternum. Paternum autem voco, quicunque ex ſuperioribus id acquiſiuit: dummodo ſcias quòd*

quod ſi quis habens beneficium, quatuor ſuo ſuperſtitibus filiis decedat: & feudum ad vnum ſolum ex diuiſione deueniat, & iſte ſuperſtitibus filiis duobus vel tribus decedat, qui patrueles dicũtur: & ad vnũ eorum beneficium feudi ex diuiſione perueniat: & ſimiliter iſte ſuperſtitibus filijs decedat, qui patrueles dicũtur: ad quorum vnum feudum ſimiliter peruenit: ſicut etiam ex alijs ſuperioribus vel primis fratribus ſuperſunt maſculi: ſi ille qui feudum habet, deceſſerit nullo filio relicto: an ad omnes, vel ad quos perueniat, quæritur? Reſpõdeo, ad ſolos & ad omnes qui ex illa linea sũt, ex qua iſte fuit. Et hoc eſt quod dicitur ad proximiores pertinere. Iſti verò proximiores eſſe dicuntur reſpectu aliarũ linearum: ſed omnibus ex hac linea deficiẽtibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocãtur.

---

a Beneficiũ in curiæ venditione non contineri. ciu. 60.

a DE CAPITANEO QVI CVRIAM VENDIDIT, AN INTELLIGATUR beneficium vendidiſſe.

TITVLVS LI.

QVIDAM *capitaneus in quadam curte ſua beneficium dedit militibus, & poſtea eandem curiam vendidit, non habita mentione beneficij.*

Cont

Controuerſia eſt inter capitaneum & emptorem, dicente emptore ſe curiam cum beneficio emiſſe: domino verò contrà dicente, ad eum beneficium non pertinere. Reſpondetur, illud beneficium in venditione non contineri, niſi expreſſe de eo actum ſit.

1 ¶ "*Quaſitum eſſe apud me ſcio: ſi filius viuente patre dominum offenderit, ita quòd feudum amitteret, ſi pater deceßiſſet, vtrum feudum amittat, vel non: ſecundum iſtos ſic, ſecundum Gerardum non, & Obertũ ſimiliter.* "Vtrum filius vaſalli feudum amittat viuo patre. tit. 61.

Diſpoſitio ſolius animi ad delictum, non perficit delictum: ſed inſidiæ habentur pro delicto contra dominum conſummato. Bald.

2 ¶ "*Si voluerit vaſallus dominum offendere, ſed non laborauerit: feudum non amittit. Gerardus & Obertus. ſimiliter etiam ſi laborauerit, non amittit feudum, niſi inſidiatus ei fuerit, & hoc probatum fuerit.* "Nõ puniri vaſallũ ex ſola cogitatione. tit. 62.

Feudum non tranſit ad fœminam, licet per pactum ſit actum, ſi vaſallus ſupereſt. Bald.

3 ¶ "*Similiter ſi quis inueſtitus fuerit de feudo, ita vt ad fœminas tranſiret, & duas filias tantum reliquerit, quarum vna filium habeat, & altera filiam: vtrum poſt mortem illarum maſculus tantum feudum habere debeat? ſecundum Gerardum maſculus tantum. Obertus contra. & econtra ſi filios ille habuerit.* "De ſucceſſione nepotis ex filia. tit. 63. " Differre agnatũ a filio in ſucceſſiõe feudi. tit. 64.

4 ¶ "*Filius nõ poteſt recuſare hereditatem patris abſq;*

abſq; feudo, propinquus autem poteſt.

Si contentio eſt inter vaſallum & emptorem de feudo: vaſallo deficiente in probatione, electio iuriſiurandi datur emptori. Bald.

[r] De côtẽtione feudi inter filiã & propinquos, vel inter vaſallũ & emptoré. Tit. 65.

[r] *Si contentio fuerit inter filiam & propinquum de hereditate & feudo: cum filia feudum habere non poterat: quia dicat ipſa, hoc eſt de mea hereditate: & ille dicat, imò de feudo: electio propinqui erit diſcernere veritatem iureiurando. Gerardus & Obertus. Et ſimiliter ſi contentio fuerit inter aliquem qui emiſſet à ſeniore, & vaſallum: quia dicat vaſallus, hoc eſt de feudo meo: ille autem neget: electio emptoris eſt veritatem iureiurando diſcernere, cum pares curtis veritatem non teſtantur. Gerardus & Obertus.*

Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ. Bald.

[s] De pacto legis commiſſoriæ. Tit. 66.

[s] *Similiter feudum lege commiſſoria datũ non valet, id eſt, ſi ad certũ tempus pecunia non ſoluatur creditori, vt habeat in feudum. Gerardus. & ſecundum Obertum valet.*

[t] Vt feudũ ad certum ſeruitium dari poſſit. Tit. 67.

[t] *Similiter poteſt feudum dari ad certum ſeruitium. Gerardus & Obertus.*

---

[v] Apud Cuiac. ſequẽtia omittũtur vſq; ad tit. 58. inf. eod.

[v] DE PROHIBITA FEVDI ALIENATIONE PER LOTHARIVM.

TITVLVS LII.

Feud

Feudum vaſalli non alienent ſine voluntate dominorum ſuorum. Bald.

Lotharius diuina fauente clementia III. Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus, ac triumphator, ſemper Auguſtus, Vniuerſo populo.

IMPERIALIS *beneuolentiæ proprium eſſe iudicamus, commoda ſubiectorum inueſtigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi: ſimiliter reipub. bonum ſtatum, ac dignitatem imperij omnibus priuatis cõmodis præponere. Quocirca omnium fidelium noſtrorũ tam futurorũ quàm præſentium nouerit vniuerſitas, qualiter dum apud* Ronchalias *ſecundum antiquorum imperatorum conſuetudinem pro iuſtitia ac pace regni componẽda conſideremus: omnia quæ ad honorem imperij* Romani *ſpectare videntur, ſolicitè indagantes, perniciosiſſimam peſtem, & reipub. non mediocre detrimentum inferentem reſecare propoſuimus.* Per *multas enim interpellationes ad nos factas cõperimus milites ſua beneficia paſſim diſtrahere: ac ita omnibus exhauſtis, ſuorũ ſeniorum ſeruitia ſubterfugere: per quod vires imperij maximè attenuatas cognouimus, dũ proceres noſtri milites ſuos omnibus beneficijs ſuis exutos ad fœliciſſ. noſtri numinis*

minis expeditionem nullo modo trāſducere valeant. Hortatu *itaque & conſilio archiepiſcoporum, epiſcoporum, ducum, comitū, marchionum, palatinorum, cæterorúmque nobilium, ſimiliter etiā iudicum hac edictali lege in omne æuum deo propitio valitura decernimus, nemini licere beneficia quæ à ſuis ſenioribus habent, ſine ipſorū permiſſione diſtrahere, vel aliquod commercium aduerſus tenorem noſtræ conſtitutionis excogitare, per quod imperij vel dominorum minuatur vtilitas.*

Si quis verò contra hæc noſtræ legis ſaluberrimæ præcepta ad huiuſmodi illicitum commercium acceſſerit, vel aliquid in fraudem huius legis machinari tentauerit: precio ac beneficio ſe cariturum agnoſcat. Notarium *verò qui ſuper hoc tali contractu libellum vel aliud inſtrumentum conſcripſerit: poſt amiſſionem officij, ipſum infamiæ periculum ſuſtinere ſancimus.* Datum *vij. die menſis* Nouembris. M. CXXXVI.

Imperator Lotharius Auguſtus vniuerſo populo.

S*Atis bene diſpoſitum ad vtilitatem regni, & ad pernicioſam peſtem deſtruendam, in ſcriptis inſerere curauimus.* Quidam *miles bina beneficia à duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſiuit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter ſe diuidentes,*

alter eorum domino ſuo pro beneficio quod ad eum peruenit, fidelitatem nullo antepoſito, ſicut pater fecerat, fecit. Alter vero frater pro ſuo beneficio alteri domino ſuo ſimiliter, quia nullum aliũ dominũ habere videbatur, nullo antepoſito fidelitatẽ fecit. Defuncto poſteriore fratre ſine filijs, vtriq; feudum in querimoniam venit: vt prius perſonam, & ſic dominus poſterior talem fidelitatem quærit, qualem eius frater fecerat. Quas amputantes altercatiões, ſancimus, quod frater fecit (ſcilicet in dando ſimpliciter) nil ſuperſtiti obeſſe: licet in ſecundam & tertiam generationem, & vſq; in infinitum peruenit, ſi hoc actum erit.

Si vaſallus intra annum & diem doloſe non petierit inueſtituram, amittit feudum. Si verò iuſta cauſa impeditus non fecerit, nõ perdit feudũ. Bal.

Imperator Lotharius Auguſtus, &c. Eugenio papæ, & vniuerſo populo.

QVONIAM *inter dominũ & vaſallum nulla fraus nec vllum malum ingenium debet interuenire, idcirco per hãc præſentem legem ſancimus, ſi vaſallus nõ doloſè per annũ & diem ſteterit quòd à domino ſui beneficij inueſtiturã non petierit: feudum non ob hoc amittat. dolus enim abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa impediẽte ſteterit.* Datum *ſexto* Kalendas Septembris, *anno à natiuitate* Domini M.cxxvij. *indictione* v.

*In editio. ne Cuia. li. 5.

*DE PACE TENENDA INTER SVBDITOS, ET IVRAMENTO firmanda & vindicanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

TITVLVS LIII.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, ſemper auguſtus, Vniuerſis ſubiectis ſuo imperio, Salutem.

H*AC edictali lege in perpetuum valitura, iubemus, vt omnes noſtro ſubiecti imperio, veram & perpetuam pacem inter ſe obſeruent: & vt inuiolata inter omnes perpetuo obſeruetur, duces, marchiones, comites, capitanei, valuaſores, & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatibus & plebeiis, à decimooctauo anno vſq; ad ſeptuageſimum, obſtringantur iuramento, vt pacem teneant, & rectores locorum adiuuent in pace tenenda atque vindicanda: & in fine vniuſcuiuſq; quinquennij de prædicta pace tenenda omnium ſacramenta renouentur. Si quis verò aliquod ius de quacunq; re vel facto contra aliquem ſe habere putauerit, iudicialem adeat poteſtatem, & per eam ius ſibi competens exequatur. Si quis verò auſu temerario prædictam pacem violare præſumpſerit: ſi*

ciuitas

ciuitas eſt, pœna centum librarum auri cameræ noſtræ inferenda puniatur: oppidum verò triginta libris auri mulctetur: duces autẽ, marchiones, & comites quinquaginta auri libras præſtent: capitanei quoq; & maiores valuaſores viginti auri libris puniantur: minores verò valuaſores, & omnes alij prædictæ pacis violatores, tres libras auri inferre cogantur, & damnum paſſo ſecundum leges reſarciant: Iniuria ſeu furtum legitimè puniatur.

¶ Ho*micidium quoq; & membrorum de-*
3 *minutio, vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur.* I*udices verò, & locorum defenſores, vel quicunque magiſtratus ab imperatore, vel eius voluntate conſtituti ſeu confirmati, qui iuſtitiam facere neglexerint, & pacem violatã vindicare legitime ſuperſederint: damnum omne iniuriam paſſo reſarcire compellãtur: & inſuper ſi maior iudex eſt, ſacro ærario pœnam decem librarum auri præſtet: minor autem pœna trium librarũ auri multetur. Qui vero ad prædictam pœnam perſoluẽdam inopia dignoſcitur laborare, corporis ſui correctionem cum verberibus patiatur: & procul ab eo loco quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquenium vitam agat.*

Domus vbi conuenticula aut conſpirationes fiunt, confiſcatur: & receptans violatorem legis, pari cum eo pœna punietur. Bal. [illegible]

Conuenticula quoq; in ciuitatibus, omnéſq; coiurationes, & extra, etiam occaſione parentelæ, & inter ciuitatem & ciuitatem, & inter perſonam & perſonam, ſiue inter ciuitatem & perſonam, modis omnibus fieri prohibemus: & in præteritum factas caſſamus, ſingulis coniuratorum pœna vnius libræ auri puniendis. Epiſcopos verò locorum eccleſiaſtica cenſura violatores huius ſanctionis, donec ad ſatisfactionem veniant, volumus coercere. Receptatoribus etiam malefactorũ, qui prædictam pacem violauerint, & prædam ementibus, noſtram indignationem ſubituris, & eiſdem pœnis feriendis. præterea bona eius publicentur, & domus eius deſtruatur. Qui pacem iurare & tenere noluerit, beneficio & lege pacis non fruatur. Illicitas etiam exactiones, maximè ab eccleſiis, (quarũ abuſus iam per longa tẽpora inoleuit) per ciuitates & caſtella omnino cõdemnamus & prohibemus: & ſi facta fuerint, in duplũ reddantur.

Sacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum, inuiolabiliter obſeruentur. Iacob. de Bel.

Item ſacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inuiolabiliter cuſtodiãtur. Per vim autẽ & iuſtum metũ etiã à maioribus (maximè ne querimoniam maleficiorum commiſſorum faciãt) extorta, nullius eſſe momenti iubemus.

DE ALLODIIS.

TITVLVS LIIII.

AD HOC *qui allodium ſuũ vendiderit, diſtrictum & iuriſdictionem imperatoris vendere non præſumat: & ſi fiat, non valeat. Si verò contigerit allodium aliquod etiam infeudatum conferri eccleſiæ, vel pro oblatione fidelium, vel per emptionis & vẽditionis, alteriúſve huiuſmodi contractum: infeudatus niſi per gratiam eccleſiæ, tanquam de nouo receperit, feudum quod habebat, retinere non poterit. Vt autem æquitas quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat, per vniuerſitatem totius imperij ſeruetur: firmiter ſtatuimus, tam in Italia quàm in Alemania, vt quicunque indicta publica expeditione Romam, ad ſuſcipiendam imperij coronam, regem, aut ſub rege dominum ſuum non adiuuerit, aut eundo cum ipſo, aut pro quantitate feudi ſtipendia militiæ perſoluendo, ſi de vocatione legitima à domino ſuo conuinci per compares ſuos poterit, feudum perdat: & dominus in ſuos vſus illud habeat redigendi liberam facultatem.*

*Apud Cuiaciū li. 5.

*DE PROHIBITA FEVDI ALIENATIONE PER FRIDERICUM.

TITVLVS, LV.

Omnis alienatio feudi contra hanc legem facta, etiam antiqua quantumcunque, caſſatur, & bonæ fidei emptori pretium reſtituitur. Bald.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator, ſemper auguſtus.

IMPERIALEM *decet ſolertiam ita reipublicæ curam gerere, & ſubiectorum commoda inueſtigare, vt regni vtilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus iugiter ſeruetur illæſus. Quapropter dum ex prædeceſſorum noſtrorum more vniuerſalis curiæ* Ronchaliæ *pro tribunali ſederemus, à principibus* Italicis, *tam rectoribus eccleſiarum, quàm aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quòd beneficia eorum & feuda quæ vaſalli ab eis retinebant, ſine dominorum licentia pignori obligauerant, & quadam colluſione nomine libelli vendiderant, vnde debita ſeruitia amittebant: & honor imperij, & noſtræ felicis expeditionis complementum minuebatur.* Ha*bito ergo conſilio epiſcoporum, ducum, marchionum, & comitum, ſimul etiam & palatinorum iudicum, & aliorū procerum, hac edi*-

ctali

Itali deo propitio perpetuò valitura lege ſancimus, vt nulli liceat feudum totũ vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocunq; modo diſtrahere ſeu alienare, vel pro anima iudicare, ſine permiſſione illius domini ad quem feudum ſpectare dignoſcitur. Vnde Imperator Lotharius *tantùm in futurum præcauens ne fieret, legem promulgauit.* Nos *autẽ ad pleniorem regni vtilitatem prouidentes, non ſolum in poſterum, ſed etiã huiuſmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas, hac præsẽti ſanctione caſſamus, & in irritum deducimus, nullius tẽporis præſcriptione impediente: quia quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis conualeſcere non debet: emptori bonæ fidei ex empto actione de precio contra venditorem competente.* Callidis *inſuper machinationibus quorundam obuiantes, qui precio accepto, quaſi ſub colore inueſtituræ, quam ſibi licere dicunt, feudum vendunt, & in alios transferunt: ne tale figmentum vel aliud vlterius in fraudem huius noſtræ conſtitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus: pœna authoritate noſtra imminente, vt venditor & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxiſſe, feudum amittant: & ad dominũ libere reuertatur.* Scriba *vero qui hoc inſtrumentum ſciens conſcripſerit, poſt amiſſionem officij, cum infamiæ periculo manum*

amittat. Præterea ſi quis infeudatus maior quatuordecim annis ſua incuria vel negligẽtia per annum & diem ſteterit quòd feudi inueſtituram à proprio domino nõ petierit: tranſacto hoc ſpacio feudum amittat, & feudum ad dominum redeat.

Si vaſallus legitimæ ætatis non iuerit cum domino in expeditionem, vel illuc non miſerit alium pro ſe domino acceptabilem: vel non ſoluerit domino dimidiam partem reditus feudi vnius anni: feudum amittet. Bald.

¶ *Firmiter etiam ſtatuimus, tam in Italia, quã* 1 *in Alemania, vt quicunq; indicta publica expeditione vocatus à domino ſuo, in eadem expeditione ſpacio competenti temere venire ſuperſederit, vel alium pro ſe domino acceptabilem mittere contempſerit, vel dimidiũ reditus feudi vnius anni domino non ſubminiſtrauerit: feudum quod ab epiſcopo, vel alio domino habuit, amittat: & dominus feudi in vſus ſuos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem. Præterea ducatus, marchia, comitatus, de cætero non diuidatur: aliud autem feudum, ſi conſortes voluerint, diuidatur: ita vt omnes qui partem feudi habent iam diuiſi, vel diuidendi, fidelitatem faciant: ita tamen, vt vaſallus pro vno feudo plures dominos habere non compellatur: nec dominus feudum ſine voluntate vaſalli ad alium transferat.*

Si

Si filius vaſalli offendit dominũ patris ſui, tunc aut pater à domino requiſitus debet eũ ducere ad ſatisfaciendum domino, aut filium à ſe ſeparare: alioqui priuabitur feudo. Bart.

2 ¶ *Inſuper ſi filius vaſalli dominum offenderit, pater à domino requiſitus deducat filium ad ſatisfaciendum domino: vel à ſe filium ſeparet: alioqui feudo priuetur. Si autẽ pater vult eum deducere vt ſatisfaciat, & filius contemnit: patre mortuo in feudum non ſuccedit: niſi prius ſatisfecerit domino. Parique modo vaſallus pro omnibus ſuis domeſticis faciat. Illud quoq; præcipimus, vt ſi vaſallus de feudo ſuo alium vaſallum habuerit: & vaſallus vaſalli dominum domini ſui offenderit, niſi pro ſeruitio alterius domini ſui hoc fecerit, quem ſine fraude ante habuerit: feudo ſuo priuetur: & ad dominum ſuum à quo ipſe tenebat, reuertatur: niſi requiſitus ab eo, paratus fuerit ſatisfacere maiori domino quẽ offenderit. & niſi vaſallus idẽmq; dominus à domino ſuo requiſitus, eum qui minorem dominum offenderit, requirat vt ſatisfaciat, ſuum feudum amittit. Præterea ſi inter duos vaſallos de feudo ſit controuerſia, domini ſit cognitio, & per eum controuerſia terminetur. Si verò inter dominum & vaſallum lis oriatur, per pares curiæ à domino ſub fidelitatis debito coniuratos terminetur. Illud quoque ſancimus, vt in omni ſacramento fi-*

delitatis imperator nominatim excipiatur.

*Extat apud Cuiac. libr. 5. inter Friderici cõſtitutiones

* al. Regalia ſunt Armanniæ, viæ pub. &c.

"QVAE SINT REGALIAE.

TITVLVS LVI.

Imp. Fridericus.

REGALIAE, "*armandiæ, viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiũt nauigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quæ vulgo dicuntur telonia, moneta, multarum pœnarumque compendia, bona vacantia, & quæ vt ab indignis, legibus auferuntur, niſi quæ ſpecialiter quibuſdã conceduntur: & bona contrahentium inceſtas nuptias, condemnatorum, & proſcriptorum, ſecundum quod in nouis conſtitutionibus cauetur: angariarum, parangariarum, & plauſtrorum, & nauium præſtationes, & extraordinaria collatio ad feliciſsimam regalis numinis expeditionem, poteſtas cõſtituendorum magiſtratuum ad iuſtitiam expediendam: argentariæ & palatia in ciuitatibus conſuetis: piſcationum reditus & ſalinarum, & bona committentium crimen maieſtatis, & dimidium theſauri in loco Cæſaris inuenti, non data opera, vel loco religioſo: ſi data opera, totum ad eum pertineat.*

QVOD

QVOT TESTES SVNT NECESSARII AD PROBANDAM feudi ingratitudinem.

TITVLVS LVII.

Ad probandum ingratitudinem delicti, quinque teſtes requiruntur idonei, opinionis integræ, & manifeſte probantes. Bal.

Imperator Henricus augu. Vniuerſo populo, &c.

SI [a] *vaſallus inhoneſtis factis atque indecentibus machinationibus dominum ſuum offenderit, inſidiiſq; eum clandeſtinis vel manifeſtis appetiuerit, vel inimicis eius ſuas amicitias copulauerit, atque in aliis ſic verſatus eſt, vt potius inimicus quàm fidelis eſſe credatur, vel ſi cum cucurbitauerit, ſeu in campeſtri bello ſuum dominum reliquerit: feudo priuabitur. Quod non obtinere ſancimus, niſi quinque teſtibus ſummæ atque integræ opinionis probatum fuerit manifeſtè.* Datum *vij.idus Auguſti feliciter.*

[a] Hoc habet editio Cuiac.lib 5.

[b] DE NOTIS FEVDORVM

TITVLVS LVIII.

[b] Quando feudū de camera ſit dādum Tit.68. Cuiac.

NO

NOTANDVM eſt in feudo quod de cauena ſeu camera dicitur, non debere dari niſi cum ſit in camera, vel cauena, vnde ſolui poßit: vel ſi ita euacuata ſit cauena ſine culpa promiſſoris, expectandum eſt donec iterum de cauena vel de camera dari poßit. Dominum autem feudi dare poſſe intelligitur, omni ære alieno deducto. Nō enim æquum eſt quem videre egentem, quam prius habuit in coniugē, [vel amicum.]

* Qui debeant intereſſe inueſtituræ. Tit.lxix.

¶ " Quod autem pares tantum debeant intereſſe inueſtitura feudi, & non alij: hoc tunc verum eſt, cum dominus vaſallos alios habuerit. Alioqui adhibeat dominus quos meliores poterit, liberos tamen: argumentatione legis de vltimis voluntatibus, in Lombarda ſcilicet illa quæ dicit, Si quis donationem facere voluerit de ſuis rebus alicui, vel inueſtituram: adhibeat ſibi de parentibus ſuis (& per eandem legē iurant) duos teſtes idoneos, vel tres, vel plures. Pluralis enim locutio, duorum numero contenta eſt.

*De re cō muni in feudū danda, & per quos fiat inueſtitura. Ti.lxx.

¶ " Item ſciendum eſt non eſſe impedimentum inueſtituræ, etſi inueſtituram faciat de re quā communem dominus habeat cum aliquo: quia ſi ſponte diuidere noluerit ille cum quo habet rem communem, qui inueſtiuit: poteſt cogere per iudicem ille qui inueſtitus eſt, vt diuidat.

Item

Item heredes eius neceſſe habent tenere firmam inueſtituram quam pater fecit. Item eadem lege & eodem iure debet habere rem iſte qui inueſtitus eſt, quam haberet qui eum inueſtiuit, cum coherede ſuo, ſcilicet vt adæquatio percurrat vſque ad quadraginta annos. Item inueſtitura per ſe, vel per ſuum nuncium dari & accipi poteſt. quæ omnia ſupradicta colligi poſſunt per ſupradictas. ll. Longobar. titulo de vltimis voluntatibus.l.ſi quis.&. C.communi diuidundo. l.j.& ij. [Idcirco pares neceſſarij ſunt in inſtrumento inueſtituræ,& non alij:ne quid excogitetur falſitatis in perniciem domini, alijs teſtibus inductis, corruptis fortè pecunia, vel odio,vel gratia:quæ non ſunt ſuſpicanda in paribus.]

"Incluſa non habet editio ſupraſcripta Cuiac.

¶ "Si inſtrumentum diceretur falſum à domino,daretur defenſio vaſallo qui inſtrumentum ad ſe deferret : vt in Lombar. qualiter quis ſe defen. d.l.de chartis.& auferetur domino,qui veritatem nouerit. & iniquum erit ſi aliquis ex dono ſuo conueniatur. Domini eſt defenſio ex ordine, cum vaſallus non poſſideat. Notandum eſt quòd de omni controuerſia quæ inter dominum & vaſallum oritur, ſi pares veritatem nouerint, omnino cogi debere à domino & paribus dicere veritatem. qui ſi dicant ſe neſcire, cum ſciant, & vaſallus poſtulet : dominus eos coget iurare, & veritatem dicere: vt C. de teſtib

"Si inſtrumentũ ſeu di falſum dicetur. Tit.lxxj.

teſtibus. l. ſi quādo. & in Lombar. vt iudex vnus &c. & in titulo qualiter quis ſe defen. d. l. ſi qualiſcunque cauſa, & tit. de teſtibus. vt quicunque. &. l. vlti. ¶ [y]*Cum datur domino defenſio de inueſtitura, quæ dicitur eſſe facta, iurare debet ſe inueſtituram non feciſſe. Cum vero datur ſucceſſori eius, iurare debet ſe non credere inueſtituram factam eſſe ab anteceſſore ſuo. Si qua inueſtitura facta eſſe dicetur, ſemper debet nominare dominum à quo inueſtitura facta dicitur: cum multum diſcrepet ſacramentum hereditarium à principali ſacramento.* C. *de rebus cred & iureiurando. l. iij. & . l generaliter. & vt habes de tutore qui iurat quod credit & exiſtimat: vt* C. *de iura. calum. l. ij. de conſcientia enim ſua iurare debet, & non de alieno facto (cum iniquum ſit aliquem iurare de alieno facto) heres vel ſucceſſor, nec etiam filius: vt. ff. rerum amotarum. l. Marcellus. ſed contrarium reperitur in Lombar. quia licet filius minorem virtutem habeat quàm pater, tamē debet præciſe iurare patrem ſuum non fuiſſe debitorem: vt in Lombar. qualiter quis ſe defendere debet. l. ſi contigerit.*

[y] Qualiter iuret dominus aut vaſallus cū defenſio ei datur. Tit. 71.

D. Cuiacius multa fragmenta hīc omiſſa reſtituit ex Ardizone & Aluaroto, vſque ad finem libri 4. At deinde librum quintum confecit ex variis Imperatorum diuerſorum feudalib. conſtitutionibus, quæ in vulgatis editionibus hactenus defuerunt.

CONSTITVTIONES FRIDERICI SECVNdi imperatoris incipiunt.

De ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatē eccleſiæ editis, & immunitate locorum religioſorum vbique morantium & fori priuilegio, & Gazaris,& Patarenis,& aliis hæreticis, eorũque ſucceſſoribus,& nauigiis peregrinis, & aduenis quocunque locorum hoſpitantibus,eorumque ſucceſſoribus,& de agricolarum ſecuritatibus.

TITVLVS I.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, ſemper auguſtus, Marchionibus, comitibus, cunctiſque populis quos clementiæ noſtræ regit imperium, Salutem & gratiam.

IN die qua de manu ſacratiſſimi patris noſtri ſummi pōtificis recepimus imperij diadema, curauimus ad Dei & eccleſiæ ſuæ honorē, edere quaſdā leges, quas in præſenti pagina iuſſimus annotari, per totũ noſtrum imperiũ publicādas. Per imperialia vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus eas quiſque literas in ſuo diſtrictu irrefragabiliter & inconcuſſe ſeruet.

Et ſunt hæ leges.

Ad

AD decus & honorẽ imperij, & laudẽ Romani principis nihil omnino magis videtur accedere, quã vt expurgatis quibuſdã erroribus, & iniquis quorundã ſtatutis penitus deſtitutis, decætero eccleſia Dei plena quiete vigeat, & ſecura gaudeat libertate. Sanè adeo infideliũ quorundã & iniuſtorum iniquitas abũdauit, vt nõ dubitent contra apoſtolicã diſciplinam, & ſacros canones ſtatuta ſua confingere, cõtra eccleſiaſticas perſonas, & eccleſiæ libertatem. Cũ ergo diſpoſitiõe diuina fauẽte nihil velit eccleſia (quæ nihil debet præter bonũ appetere) qđ nobis eodẽ cõcurſu & eadẽ nõ placeat volũtate:

NOS Fridericus Romanorũ Imper. ſemper Auguſtus, hac edictali lege irritamus, & irrita nunciamus omnia ſtatuta & cõſuetudines quæ ciuitates, vel loca, poteſtates, conſules, vel quæcunq; aliæ perſonæ contra libertatem eccleſiæ, vel eccleſiaſticas perſonas edere, vel ſeruare aduerſus canonicas vel Imperiales ſanctiones præſumpſerint: & ea de capitularibus ſuis mãdamus intra duos menſes poſt huius publicationem edicti penitus aboleri: & ſi decætero ſimilia attentauerint, ipſo iure decernimus eſſe nulla, & eos ſua iuriſdictione priuatos, ſuperiori protinus applicanda: necnon locum vbi deinceps talia præſumpta fuerint, banno mille marcharum præcipimus ſubiacere: poteſtates verò, conſules, rectores, ſtatutarũ, & ſcriptores

dict

dictorum ſtatutorum, necnon & conſiliarij locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta vel conſuetudines memoratas iudicauerint, ſint ex tunc ipſo iure infames: quorum ſententias & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere. Quòd ſi per annum huius noſtræ conſtitutionis inuenti fuerint contemptores: bona eorum per totum noſtrum imperium mandamus impune ab omnibus occupari: ſaluis nihilominus alijs pœnis contra tales in generali conſilio promulgatis.

Item nulla poteſtas, vel perſona publica, vel priuata collectas ſiue exactiones, angarias, vel parangarias eccleſijs, vel alijs pijs locis, aut eccleſiaſticis perſonis imponere, aut inuadere bona eccleſiaſtica præſumant: quod ſi fecerint, & requiſiti ab eccleſia, vel ab imperio emendare contempſerint, triplum refundant: & nihilo minus banno imperiali ſubiaceant: quod abſq; ſatisfactione debita nullatenus remittatur.

Item quæcunq; cõmunitas, vel perſona per annũ in excõmunicatione facta propter libertatem eccleſiæ perſtiterit, ipſo iure imperiali banno ſubiaceat: à quo nullatenus extrahatur, niſi priùs ab eccleſia abſolutus fuerit. Item ſtatuimus, vt nullus eccleſiaſticã perſonam in criminali quæſtione vel ciuili trahere ad iudiciũ ſeculare præſumat, contra conſtitutiones imperiales, & canonicas ſanctiones. quod ſi fecerit,

actor à iure ſuo cadat, & iudicatum non teneat: & iudex ſit extunc iudicandi poteſtate priuatus. Statuimus enim, vt ſi quis clericis vel perſonis eccleſiaſticis iuſtitiam denegare præſumpſerit tertio requiſitus, ſuam iuriſdictionẽ amittat. Gazaros, Patarenos, Leoniſtas, *Speroniſtas, Arnaldiſtas, Circunciſos, & omnes hæreticos vtriuſque ſexus, quocunque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus: præcipientes, vt bona talium confiſcentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quòd filij ad ſucceſſiones eorum peruenire non poßint: cum longe grauius ſit æternam quàm temporalem offendere maieſtatem. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatũ eccleſiæ, iuxta conſiderationem ſuſpicionis, ac qualitatem perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur: ita quòd ſi ſic per annum manſerint, extunc eos ſicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt poteſtates, conſules, ſeu rectores, quibuſcunq; fungantur officijs, pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum, quòd de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt, ita quod amodo, quandocunq; fuerit quis in poteſtatem.*

ſiue

ſiue perpetuam, vel temporalem, aſſumptus, hoc teneatur capitulum iuramẽto firmare: alioqui nec pro poteſtatibus, nec pro conſulibus habeantur: & eorum ſententias irritas extunc decernimus & inanes. Si vero dominus temporalis requiſitus & admonitus ab eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica prauitate: poſt annum à tempore admonitionis elapſum, terram illius ipſis exponimus catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis, abſque vlla contradictione poſſideant, & in fidei pietate conſeruent: ſaluo iure domini principalis: dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod aliud impedimentum opponat, eadem nihilominus lege ſeruata contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum bannimus, firmiter ſtatuentes, vt ſi poſtquam quilibet talium fuerit ab eccleſia excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit intra annũ, extunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu conſilia, vel ad eligendũ aliquos ad huiuſmodi, neque ad teſtimoniũ admittatur, ſit etiam inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ei ſuper quocũq; negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quòd ſi forte iudex extiterit, eius ſententia nullam

habeat firmitatem: nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta per eum confecta, nullius penitus ſint momenti. Nauigia quocunque locorum peruenerint, ſiquo caſu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenerint, tam nauigia ipſa, quàm nauigantium bona, illis integra reſeruentur ad quos ſpectabant, antequam nauigium illud periculum incurriſſet, ſublata omnium locorum penitus conſuetudine, quæ huic aduerſatur ſanctioni: niſi talia ſint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem, aut ſint nobis vel Chriſtiano nomini inimica. Tranſgreſſores vero huius noſtræ cõſtitutionis, bonorum ſuorũ publicatione mulctentur: & ſi res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum noſtrum modis alijs compeſcatur. Omnes peregrini & aduenæ liberè hoſpitentur vbi voluerint: & hoſpitati, ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis ordinandi liberã habeant facultatem: quorum ordinatio inconcuſſa ſeruetur. Si qui vero inteſtati deceſſerint, ad hoſpitem nihil perueniat: ſed bona ipſorũ per manus epiſcopi loci tradantur heredibus, ſi fieri poteſt: vel in pias cauſas erogentur. Hoſpes vero ſi aliquid de bonis taliũ contra hanc conſtitutionem noſtrã habuerit, triplũ epiſcopo reſtituat, cui viſum fuerit aßignandũ: non obſtante ſtatuto aliquo, ſeu

conſuetudine, ſeu priuilegijs, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra præſumpſerint, eis de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem: vt in eo puniantur, in quo deliquerint: aliàs prout culpæ qualitas exegerit, puniendi. Agricultores, & circa ruſticitatem occupati, dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſint quacunq; parte terrarum: ita vt nullus inueniatur tam audax, qui perſonas, vel boues, agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit quod ad operam ruſticalem pertinet, inuadere, capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem huiuſmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat, infamiam ipſo iure incurrat, imperiali animaduerſione nihilo minus puniendus. Nos verò Honorius *epiſcopus, ſeruus ſeruorum* Dei, *has leges à* Friderico Ro*manorum* Imperatore *filio noſtro cariſsimo pro vtilitate omnium Chriſtianorum editas laudamus, approbamus & confirmamus, tanquam in æternum valituras. & ſi quis auſu temerario, inimico humani generis ſuadente, quocunq; modo has infringere tentauerit: indignationem* Dei *omnipotentis, & beatorum* Petri *&* Pauli *apoſtolorum ſe nouerit incurſurum.*

EXTRAVAGANTES, QVAS NONNVLLI XI. COLlationem appellant.

QVOMODO IN LAESAE MAIESTATIS CRIMINE PROCEDATVR.

TITVLVS I.

Henricus ſeptimus, diuina fauente gratia Romanorum Imperator, ſemper auguſtus.

AD reprimendum multorum facinora qui ruptis totius debitæ fidelitatis habenis, aduerſus Romanum Imperium, in cuius tranquillitate totius orbis regularitas requieſcit, hoſtili animo armati conantur nedum humana, verumetiam diuina præcepta, quibus iube-

tur, quod omnis anima Romanorum principi ſit ſubiecta, ſceleratiſsimis facinoribus & aſsiduis rebellionibus demoliri: ne ex eorum abſentia, in deteſtando læſæ maieſtatis crimine proceſſus & ſententia retardentur, & tanti ſceleris nefanda temeritas remaneat impunita: Hac edictali, deo propitio, perpetuo valitura lege ſancimus, vt in quocunque læſæ maieſtatis crimine, & maximè vbi contra Romanorum imperatores vel reges aliquid quod dictum tangat aſſeratur commiſſum, poßit procedi per accuſationem, inquiſitionem, ſeu denunciationem ſummariè & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, prout illi qui iuriſdictioni præſtet, videbitur expedire. Ad hoc, ſi qua communitas, corpus, vel collegium, vel alia quæuis perſona, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtat, ſuper dicto crimine per nuncium, vel per literas, ſeu etiam per edictum publicè propoſitum citata; vel citatum neglexerit in termino perſonaliter, vel legitimè comparere: contra ipſam vel ipſum perinde ac ſi præſentialiter omnibus intereſſet, vel lis foret legitimè conteſtata, tam ad receptionem teſtium, & eorum publicationem, & ſequentia, quàm ad definitiuam ſentētiam, & eius executionem procedatur: legibus & conſuetudinibus non obſtantibus qui-

buſcunque. Hanc autem generalem legem noſtram extendi iubemus ad præterita, præſentia & futura: quam legem ex nunc abſque alterius temporis expectatione tranſcurſus ſuum integrum vigorem decernimus obtinere.

QVI SINT REBELLES.

TITVLVS II.

Idem, ad perpetuam rei memoriam.

QVONIAM *nuper eſt ad auditum noſtrũ deductum, quòd inter nonnullos fideles & ſubditos noſtros prouinciæ Lombardiæ, aliorumq́; locorum Italiæ diſceptationes & dubia ſæpius oriuntur, an infidelis & rebellis imperij quiſquam reputari debeat, niſi prius per noſtræ maieſtatis ſententiam condemnatus appareat: & nos attendentes quòd acta praua malorum potius quàm verba ſententiarum ipſos faciunt pœna condignos, & eo ipſo quòd quis peccat, correctionem meretur: & quanto plus differtur punitio, tanto amplius culpa creſcit, & gentibus pernicioſius in exemplum tranſit: Tenore præſentium declaramus, decernimus,*

&

& pronunciamus, quòd illi omnes & ſinguli ſunt rebelles, & infideles noſtri imperij, qui quomodocunq; publicè vel occultè contra noſtrum honorem & fidelitatem rebellionis opera faciunt, & contra noſtri imperij proſperitatem aliquid machinantur: contra nos, ſeu officiales noſtros, in ijs quæ ad commiſſum eis officium pertinent, rebellando. Nulli ergo *omnino hominum liceat hanc paginam declarationis & pronunciationis infringere, vel auſu temerario contraire.* Si quis *autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram, & pœnam mille librarum noſtræ cameræ ſoluendarum ſe nouerit incurſurum.* Datu Piſis *iiij. nonas* Apri*lis: regni noſtri anno* v.

M. CCCXII.

* * *

*Cuia. editio habet, li. 5. de feudis.

LIBER DE PACE

CONSTANTIAE COMPOSITA INTER IMPERATOREM Fridericum & filium eius Henricum, & quoſdam nobiles Alemaniæ ex vna parte, & ciuitates Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ, ex altera.

I*N nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis:* F*ridericus diuina fauente clementia* R*omanorum imperator, ſemper auguſtus, & filius eius* H*enricus, ſextus* R*omanorum rex, auguſtus.* I*mperialis clementiæ immenſa ſerenitas manſueta, eam ſemper in ſubditis ſuis diſpenſationem fauoris & gratiæ habere conſueuit, vt quamuis diſtricta ſeueritate exceſſuum delicta debeat & poßit corrigere: magis tamen ſtudeat propitia tranquillitate pacis & pijs affectibus miſericordia* R*omanum imperium regere, & rebellium inſolentiam ad debitam fidem, & debitæ deuotionis obſequium reuocare.* E*apropter cognoſcat vniuerſitas fidelium imperij tam præſentis ætatis, quàm ſucceßiua poſteritatis, quòd*

nos

nos ſolita benignitatis noſtræ gratia, ad fidem & deuotionem Lombardorum, qui aliquando nos & imperium noſtrum offenderant, viſcera nobis innata pietatis aperientes, eos & ſocietatem ac fautores eorum in plenitudinem gratiæ noſtræ recipimus, offenſas omnes & culpas quibus nos ad indignationem prouocauerant, clementer eis remittentes: eóſque propter fidelia deuota ſynceritatis ſeruitia, quæ nos ab eis credimus certiſsime recepturos, in numero dilectorum noſtrorum fidelium computandos cenſemus. Pacem itaque noſtram quam eis clementer indultam conceſsimus, præſenti pagina iuſsimus ſubſcribi: & authoritatis noſtræ ſigillo communiri: cuius eſt hic tenor & ſeries:

NOS Romanorum imperator Fridericus, *& filius noſter* Henricus Romanorum *rex, concedimus vobis ciuitatibus, locis & perſonis ſocietatis regalia & conſuetudines noſtras tam in ciuitate quàm extra ciuitatem, videlicet* Veronæ *& caſtro eius, ſuburbiis etiam, & aliis ciuitatibus & ſuburbiis, locis & perſonis ſocietatis in perpetuum, videlicet vt in ipſa ciuitate omnia habeatis ſicut hactenus habuiſtis, vel habetis. Extra verò omnes conſuetudines ſine contradictione noſtra exerceatis, quas ab antiquo exercuiſtis vel exercetis tam in foro, vel in nemoribus & paſcuis*

ſcuis, & pontibus, aquis & molendinis, ſicut ab antiquo habere conſueuiſtis, vel habetis in exercitu, in munitionibus ciuitatum, in iuriſdictione, tam in cauſis criminalibus, quàm in cauſis pecuniarijs intus & extra, & in cæteris, quæ ad commoditatem ſpectant ciuitatum. Volumus vt regalia quæ vobis non conceſſimus, in hunc modum cognoſcantur per epiſcopum loci: & homines tam de epiſcopatu quàm de ciuitate eligantur viri bonæ opinionis, & qui ad hoc idonei eſſe credantur: tales qui nec contra ciuitatem, nec noſtram maieſtatem priuato vel ſpeciali odio teneantur: qui iurent quòd bona fide & ſine fraude perquirent, & inquiſita conſignabunt ea quæ ſpecialiter ad noſtram excellentiam ſpectant. Si autem huic inquiſitioni ſuperſedendum eſſe putauerint: cenſum duorum milium marcharum argenti per ſingulos annos petimus. Attamen competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem iſtam, ſi enormis viſa fuerit. Si quis autem ſuper his quæ vobis conceſſimus vel permiſimus, ſiue in ciuitate, vel extra ciuitatem, querimoniam apud maieſtatem ipſam depoſuerit: eius querimoniam non admittemus, & ſilentium ei imponemus. Hoc quod nos vel noſter anteceſſor rex vel imperator epiſcopis, eccleſiis, vel ciuitatibus, vel alijs quibuſcunque perſonis, clericis vel laicis ante tempus guerræ dedit, vel quolibet

bet conceſſionis titulo conceſſit, firmum & ratum habemus: ſaluis ſuperioribus conceſſionibus, vt pro ea ſolita nobis ſeruitia exhibeantur: ſed cenſus non præſtetur. Commoditates quas pro bono pacis ciuitatibus conceſſimus in ciuitatibus, vel extra, illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus cenſus debeat præſtari.

PRIVILEGIA *omnia & data & cõceſſiones, quæ in priuilegium vel damnum ciuitatum, vel locorum, vel perſonarum ſocietatis occaſione guerræ in alicuius iniuriam prædictorum à nobis, vel nuncijs noſtris indulta ſunt, caſſentur, & in irritum deducantur. In ciuitate illa in qua epiſcopus per priuilegium Imperatoris vel regis comitatum habet, ſi conſules per ipſum epiſcopum conſulatum recipere ſolent, ab ipſo recipiant, ſicut conſueuerunt recipere: alioqui vnaquæque ciuitas à nobis conſulatum recipiat. Conſequenter verò in ſingulis ciuitatibus conſules conſtituentur à nuncio noſtro qui ſit in ciuitate vel epiſcopatu: & inueſtituram recipient: & hoc vſque ad quinquennium. finito quinquennio vnaquæque ciuitas à nobis recipiat, & intra quinquẽnium à nuncio noſtro, ſicut dictum eſt, niſi in Lombardia fuerimus: tunc enim à nobis recipiet. Eadem obſeruentur in ſucceſſore noſtro. Et omnes inueſtituræ gratis fiant. Cum autem nos Imperator*

rator diuina vocatione deceſſerimus, vel regnum filio noſtro conceſſerimus, ſimili modo à filio noſtro, vel eius ſucceſſore inueſtituram recipietis.

IN cauſis appellationum, ſi quantitas viginti quinque librarum imperialium ſummam exceſſerit, appellatio ad nos fiat: ſaluo iure & moribus Brixienſis *eccleſiæ in appellationibus: ita tamen, vt non cogantur in* Alemaniam *ire: ſed nos habebimus proprium nuncium in ciuitatibus, vel epiſcopatu, qui de ipſa appellatione cognoſcat, & iuret quòd bona fide, & ſine fraude cauſas examinabit & definiet ſecundum leges & mores ipſius ciuitatis, intra duos menſes à conteſtatione litis, vel à tempore appellationis receptæ: niſi iuſto impedimento, vel conſenſu vtriuſque partis remanſerit.* Conſules *qui in ciuitatibus conſtituentur, tales ſint qui fidelitatem fecerint nobis, vel faciãt antequam conſulatum recipiant.*

Vaſalli tanquam vaſalli, & cæteri omnes tanquam ſubditi iurare debent fidelitatem principi, niſi ſint tales perſonæ, quibus iuramentum remittatur. Baldus.

¶ *Vaſalli noſtri à nobis inueſtituram recipiãt, & fidelitatem faciant ſicut vaſalli, cæteri omnes ſicut ciues à ſedecim annis vſque ad ſeptuaginta: niſi tales perſonæ ſint, quibus debeant & poſſint ſine fraude ſacramenta re-* 1

mitti. Vaſalli, qui tempore guerræ vel trengæ non poſtulauerint inueſtituram, vel debita ſeruitia nobis non exhibuerint, hac occaſione feudum non amittant. Libellariæ *& precariæ in ſuo ſtatu permaneant, ſecundum conſuetudinem vniuſcuiuſque ciuitatis, non obſtante lege noſtra, quæ dicat,* Imperatoris Friderici *damna omnia & ablata: etiam iniurias quas nos per nos & per noſtros ab vniuerſitate ſocietatis, vel ab aliquo de ſocietate, vel coadiutoribus ſocietatis ſuſtinuimus, per nos cum noſtra parte remittimus gratis, & plenitudinem noſtræ gratiæ eis damus.* Moram *ſuperfluam in ciuitate vel epiſcopatu pro damno ciuitatis non faciemus.* Ciuitates *murare, vel extra munitiones facere eis licet.* Item *ſocietatem quam nunc habent, tenere, & quoties voluerint renouare eis liceat.* Pactiones *timore noſtro, vel per impreſſionem nunciorum facta caſſentur, & pro infectis habeantur, nec pro eis aliquid exigatur.* Pacta Placentinorum *, ſcilicet pactum pontis* Padi*, & fictum eiuſdem pontis, & regalium & datium, & pactum quod epiſcopus* Hugo *fecit de caſtro* Arquato*, & ſi aliqua facta ſunt ſimilia ab ipſo epiſcopo, vel à communi, vel ab aliis de ſocietate nobiſcum, vel noſtro nuncio, ipſo ponte remanente cum omnibus ſuis vtilitatibus* Placentinis *: ita tamen quod teneantur perſoluere*

fictum

fictum abbatiſſa ſanctæ Iuliæ de Brixia, & ſi quæ ſunt ſimiles.

Dicit quòd ſententiæ per Imperatorem latæ contra rebelles occaſione rebellionis & partialitatis, reſcinduntur facta pace.

¶ *Sententiæ quoque quæ de iure & ſecundum leges & conſuetudines contra aliquem vel aliquos de ſocietate latæ ſunt, teneant, ſicut de iure contra eos tenerent, ſi gratiam noſtram non habuiſſent. Quæ verò contra aliquem vel aliquos de ſocietate latæ ſunt occaſione guerræ ſeu diſcordiæ, in irritum deducantur. Poſſeſſiones omnes quas quiſque de ſocietate tempore guerræ tenebat iuſtè, ſi per vim ablatæ ſint ab eis qui de ſocietate non ſint, cum fructibus & ſine damno reſtituantur: vel ſi eas recuperauerit, quiete poßideat: niſi per electos arbitros ad cognitionem regalium nobis aßignentur. Opizoni marchioni omnem offenſam, quam nobis vel alicui partis noſtræ fecerit, poſtquam in ſocietate fuerit, vel per ſe, vel per aliquam perſonam cum ſocietate, vel defendendo aliquem de ſocietate, imperiali clementia per nos & noſtram partem remittimus, & in plenitudinem noſtræ gratiæ eum recipimus: nec per nos, nec per interpoſitam perſonam pro præteritis offenſis ſibi vel parti ipſius aliquam inferemus iniuriam, læſionem, vel coërcitionem. Amplius eam iuriſdictionem quam Mediolanẽſes exercere* 2

tere conſueuerunt in comitatibus Sepriÿ & Martexanæ & Burgariæ, & in aliÿs comitatibus, exceptis locis quæ Pergamenſes nomine noſtro tenent inter Alduam & Oleum, excepto Romano veteri & Bariano, & eam quam modo exercent, liberè & quietè habeant & poſsideant, ſine contradictione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum, ſaluis pactis & datis, & conceßionibus in ſuo robore durantibus, quæ Mediolanenſes per commune fecerunt ciuitatibus Pergamo, Nouariæ, & Laudo: nec per hanc conceßionem lædendis: nec vllum præiudicium fiat iuri aut conſuetudini alicuius ciuitatis & ſocietatis præter dictas conceßiones. Pacta inter ciuitates & ſocietates quondam facta nihilo minus firma & illibata permaneant: nec aliquid intelligatur acquiſitum Mediolanenſibus in epiſcopatu Laudenſi præter dictas conceßiones: ſaluo iure aquæ Lambri Mediolanenſibus, ſi quod habent, vel in pedagio. Omnes de ſocietate qui fidelitatem nobis iurabunt, in ſacramento fidelitatis adiicient, quòd poſſeßiones & iura quæ nos habemus in Lombardia, & poßidemus extra ſocietatem, iurabunt bona fide nos manutenere, ſi opus fuerit, & cum ſuper hoc per nos, vel per certum nuntium noſtrum fuerint requiſiti: & ſi amiſerimus, recuperare: ita videlicet quòd finitimæ ciuitates obnoxiæ ſint principaliter ad hoc faciendum: & ſi opus

fuerit, aliæ teneantur ad competens auxilium præſtandum. Ciuitates quæ ſunt extra Lombardiam in ſuo confinio, ſimiliter teneantur facere. Si qua verò ciuitatum ea quæ in conuentione pacis ex parte noſtra ſtatuta ſunt, non obſeruauerit: cæteræ ciuitates eam ad id obſeruandum bona fide compellant: pace nihilominus in ſuo robore permanente. Nobis autem intrantibus Lombardiam, ſodrium conſuetum & regale, quæ ſolent & debent, præſtabunt: & vias & pontes bona fide & ſine fraude & ſufficienter reficient: in eundo & redeundo mercatum ſufficiens nobis & noſtris euntibus & redeuntibus bona fide, & ſine fraude præſtabunt: in omni decimo anno fidelitates renouabunt in ijs qui eas nobis non fecerunt, cum nos petierimus vel per nos, vel per noſtrum nuntium. Si qui ex parte noſtra de ſuis iuſtis poſſeſſionibus expulſi ſunt, reſtituantur ſine fructibus & damno: niſi in cauſa principali ſuæ proprietatis iure poſſit ſe tueri poſſeſſor: ſaluis prioribus cõceſſionibus: & omnes offenſæ eis remittantur: eodẽ iure ſeruãdo ijs qui ſunt ex parte noſtra circa reſtitutionẽ: niſi ciuitas adſtringatur iuramento, vt non reſtituat: quo caſu arbitrium boni viri volumus pro reſtitutione ſuccedere. & ſi qua controuerſia fuerit orta de feudo inter nos & alium qui ſit de ſocietate, per pares illius ciuitatis, vel epiſcopa-

tur in quo deſcendit, agetur: & ſecundum conſuetudinem illius ciuitatis in eodem epiſcopatu terminetur, niſi nos in Lombardia fuerimus. tunc enim in audientia noſtra, ſi nobis placuerit, agitabitur. Item volentibus venire contra pacta non per violentiam facta, & iuramento firmata inter ciuitates & ciuitates, ſocietates & ſocietates, vel ciuitatem & alias perſonas, nos audientiam denegabimus. Item nos reſtituimus ſtratam Veronenſibus: & nominatim recipimus Ozolinum *in plenitudinem gratiæ noſtræ, & omnem offenſam ei remittimus.* Dat. *apud* Conſtantiã *ſolenni curia.* VII. Kal. Iul.

Sequentia deſunt in editione Cuiac.

HANC *igitur ſecundum formã præſcriptam, & vt per mediatores pacis, videlicet* Gu*lielmũ epiſcopum* Diſcenſem, Henricum Mar*chionẽ Sarnenſem, fratrem Fridericũ de ſylua benedicta, &* Rodulphũ *camerarium noſtrum, vnà cum his bona fide intelleximus, & ſecundũ tenorẽ, quo eandem pacẽ & concordiam iurari fecimus, & ſecundum quod Lombardi eam bona fide intellexerunt, in perpetuum ratam haberi, & conſeruari ſtatuimus: & vt firma permaneat & inconcuſſa, præſentem paginam noſtri impreßione ſigilli fecimus communiri.*

NOMINA *verò ciuitatum quibus ſic gratiam noſtram reddidimus, & præſcriptam fecimus conceßionem ſeu promißionem, hæc*

ſunt: Vercellæ, *Nouaria, Mediolanum, Laude, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vincentia, Padua, Teruiſium, Bononia, Faucntia, Mutina, Rhegium, Parma, Placentia. Iſtis autem ciuitatibus & locis pacem ſeruari volumus, & gratiam noſtram reddimus.* Præſcriptam *autem conceſſionem ſeu promiſsionem his non facimus, videlicet* Imolæ, *Caſtro ſancti Caſsiani,* Bobio, *Pleti de guarbadona, Ferotra, Belutia,* Tenelæ. *Ferrariæ autem gratiam noſtram reddimus, & præſcriptam conceſſionem facimus ſeu promiſsionem, ſi intra duos menſes poſt reditum* Lombardorum *à curia noſtra de pace præſcripta fuerint.* Hanc *itaque pacem & concordiam, ſicut præſcriptum eſt, tam nos, quàm filius noſter* Henricus Romanorum *rex, per camerarium noſtrum* Rodulphum *iurari fecimus in animam noſtram.* Hi *autem ſunt principes & nobiles curiæ, qui præſcriptam pacem & concordiam per ſe firmam tenere iurauerunt:* Hermãnus Monaſter. *epiſcopus,* Henricus Cirnenſis *electus,* Citalinus Curienſis, *Abbas* Gotifredus *imperialis aulæ cancellarius,* Otto *dux* Bauariæ, *Fridericus dux Sunorma, filius noſter* Bertoldus *dux* Zaermoez, *Bertoldus marchio* Hiſtriæ, *Hermannus marchio* Veron. Comes Henricus *dux* Spleten. Comes Theopobus *de* Lexchomiende, Comes Ludouicus, *frater cancellarij de* Olfeſtre, Rodulphus *camerarius.*

rius, *Guarnerius de Lombardia*, *Cano de Minabere*, *Corradus pincerna*.

HI *ſunt nuntij qui ex parte Longobardorum pacem præſcriptam & concordiam receperunt, & in præſentia noſtra iuramento confirmauerũt*. De Mediolano, *Guido de Landriano*, *Pinamonte de Vicomercato*, *Adobatus Bultraffius*, *Gulielmus Burrus*, *Guercius de Buxolla*, *Aldericus de Bonate*, *Rogerius Marcellinus*, *Loterius Medicus*. De *Brixia*, *Obrandus de Martinengo*, *Gozed de Turbiado*, *Deſiderius iudex*, *Rodulphus de Concipio*, *Boccatius de Manerbio*, *Albericus de Caprino*. De *Placentia*, *Girardus de Artizone*, *Iacobus Strictus*, *Hermannus de Carnocampo iudex*. De *Pergamo*, *Albertus*. De *Mapello*, *Attoficianus*, *Ioannes de Piterigo*, *Lanfrancus de Monacha*, *Albertus Attonis*, *Albertus Albertonis*. De *Verona*, *Corus iudex*, *Vbertinus de Carcere*, *Valerianus de Caſtello*, *Martius de Caſtello*, *Theobaldinus de Nicaudo*, *Theobaldinus de Naſcenguerra*. De *Vincẽtia*, *Pileus iudex*, *Vbertinus de Fonteviuo*, *Cardenarius Marchus de Pauliana*. De *Padua*, *Ianſuxellinus iudex*, *Bugeleſcus de Fonte Glina*. De *Teruiſio*, *Florius iudex Gumbertinus*. De *Mantua*, *Alexandrinus Iacobus*. De *Amica*, *Angelus iudex*, *Henricus de Angelo*. De *Fauentia*, *Bernardus iudex*, *Hugolinus de Azo*. De *Bononia*, *Antonius poteſtas*, *Rolandus*

Guarini, Mattheus Rodulphi. De *Mutina, Arlotus iudex, Reinerius de Bucacabata.* De *Rhegio, Albertus cambiator, Rolandus de Charitate.* De *Parma, Iacobus Petri Braui, Mallobatus iudex, Vetulus iudex, Corradus Banzoni.* De *Laude, Vincentius de Siſiraga, Anſelmus de ſumma ripa.* De *Nouaria, Opizo de Briona, Tedixius Cabalacius, Girardus de Bomprando.* De *Vercellis, Meardus & Vercellinus.*

HAE *autem ſunt ciuitates & loca quæ pacem præſcriptam ſub iuramento Lombardorũ nobiſcum receperunt, & eandem per ſe iurauerunt: Papia, Cremona, Comiterdona, Aſta, Caſarea, Ianua, Alba, & aliæ ciuitates & loca, et perſonæ quæ ſunt & quæ fuerũt in pace noſtra.*

HAEC *autem ſunt nomina nuntiorũ qui inueſtituram conſulatus à nobis nomine ciuitatum receperunt.* De *Mediolano, Adobatus.* De *Placentia, Gaardus Attizonus.* De *Laude, Vincentius Corno.* De *Vincẽtia, Pileus.* De *Padua, Ianſus.* De *Teruiſio, Florius.* De *Mantua, Alexandrinus.* De *Fauentia, Bernardus.* De *Bononia, Antonius.* De *Mutina, Arlotus.* De *Rhegio, Rolandus.* De *Parma, Iacobus Petri Braui.* De *Nouaria, Opizo.* De *Vercellis, Meardus.* De *Pergamo, Atoſitiarius.*

SIGNVM *domini Friderici* Romanorũ *inclytiſsimi imperatoris*: Ego *Gotifredus imperialis aulæ cancellarius vice Chriſtiani Ma-*

guntinæ ſedis archiepiſcopi & Germaniæ archicancellarij recognoui.

ACTA *ſunt hæc anno incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimotertio: indictione prima: regnante domino Friderico Romano imperatore glorioſiſſimo, anno regni eius octogeſimoſecundo, imperij vero triceſimonono. Datum apud Conſtantiam in ſolenni curia* VII. *Kal. Iulij.*

IN *Chriſti nomine iuro ego quòd amodo ero fidelis domino imperatori Friderico, & eius filio regi Henrico. non ero in conſilio vel facto quòd ipſi perdant vitam, vel membrum, aut mentem, ſeu coronam imperij, vel regni, vel caput. & ſi sciuero aliquem feciſſe, vel facere volentem: per me vel alium domino imperatori, vel regi, vel nuntio eius, ſine fraude manifeſtabo eis, & adiuuabo honorem coronæ tenere: & ſi perdiderit, recuperare bona fide in exercitu & comitatu adiuuabo. Inſuper pacem domini imper. Friderici, & filij eius regis Henrici, & ſuæ partis factam cum ſocietate Lombardiæ, & eius ſocietatis, ſicut ſcriptum eſt inde, ſine fraude intra quindecim dies poſt iurata bono intellectu, & ſigillo imperatoris ſigillata obſeruabo bona fide, & ſine fraude, & hoc iurare faciam omnes maſculos meos habitantes à decimoſexto anno ſupra vſq; ad ſeptuageſimũ, intra quindecim dies poſtquã iuratum ha-*

buero: exceptis ſeruis. & qui per me iurare noluerint, intra tertiam diem imperatori, vel regi, vel ſuis nuntijs manifeſtabo per breue. Milleſimo centeſimo octogeſimotertio, *indictione* .j. Ego *iuro omnibus ciuitatibus ſocietatis* Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ, & *locis*, & *domino* Opizoni Marchioni Malaſpinæ, & *omnibus perſonis prædictæ ſocietatis, conceſsiones & permiſsiones atq; pacta, ſicut in ſcripto pacis inter nuntios domini imperatoris, & rectores & nuntios ciuitatum ſocietatis* Lombardiæ *factо continetur firmans tenore: nec ero in conſilio vel facto vbi aliquid prædictorum minuatur alicui de ſocietate: & ſi qua perſona, aut ciuitas, vel locus alicui ciuitati, vel loco, aut perſonæ prædictæ ſocietatis, aut iam dicto marchioni auferre, vel deminuere voluerit, eos vel eas manutenere, & defendere bona fide ſine fraude contra omnes adiuuabo: & omnia præcepta quæ rectores concorditer omnes, vel maior pars mihi fecerint, ſine fraude obſeruabo: & omnia ſupradicta attendam à* Kalendis *Maij vſque ad triginta annos: & in capite vniuſcuiuſque quinquennij, ſcilicet ſi per maiorem partem rectorum requiſitus fuero, renouabo: & hoc totum ſine fraude iurare omnes homines meæ ciuitatis à decimooctauo anno vſq; ad ſeptuageſimum faciam. & hæc omnia faciam iurare conſules vel poteſtates meæ ciuitatis*

uitatis, & credentias vſq; ad illum terminum, qui mihi conſtitutus fuerit per rectores Lombardiæ & Marchiæ, & Romaniæ, in hoc eloquio:

DIE *lunæ vndecimo* Kal. *Ianuarij in Placentia, in eccleſia ſanctæ* Brig*i*d*a, in præſentia* Mirabelli*, Gulielmi, Garonij notarij, ibiq; in eorum præſentia rectores* Lombard*iæ, Marchiæ, & Romaniæ, fecerunt prædictum ſacramentum: nomina quorum ſunt hæc:* De Brixia *Aldericus de Salla.* De Verona *Vozo iudex.* Dde Bononia *Prendeparte poteſtas.* De *Padua Baxotus.* De *Nouaria Rogerius Marcellinus poteſtas.* De *Teruiſio Oldericus de Montello.* De *Mantua Gulielmus de Azo.* De *Placentia* Bonizo *iudex.* De *Pergamo Albertus de Oſſa poteſtas.* De *plebe de Granatina Petrus Collus iudex.* De *Fauentia Gulielmus Butinus poteſtas.* De *Mediolano Petrus vicecomes.*

HAEC *ſunt nomina eorum qui iurauerunt, vt ſuperius legitur, vt dicti rectores iurauerunt: eo excepto, quòd non fuerunt diſtricti facere iurare homines ſuæ ciuitatis.* De *Brixia, Deſiderius iudex, Martinus de* Potenal*upis, Pax Confalonerius.* De *Padua, Guaniphus Achalaone.* De *Verona, cancellarius Creſcenonum, & Viuianus aduocatorum.* De *Teruiſio, Trauiſius de Gualperto.* De *Pergamo, Lanfrancus.* De *Monancha, Oprandus iudex, Ioannes*

De Petengo. De *Nouaria*, *Fridericus de Bon.* *Michael Capra.* De *Mutina*, *Rolandus de Baimonte*. De *Garino*, *Bunalclius de Garbonenſibus*. De *plebe de Granatoria*, *Gregorius conſul ita iurauit, ſuus rector*. De *Fauentia*, *Anteus iudex: anno à natiuitate* Domini M C L X X X. *indictione prima: & poſtea ſequenti die martis*. X I I. *Kal. Ianuarij Armanus de Parma rector idem ſacramentum fecit, vt pridem rectores fecerunt: & Albertus de Theobaldo ſimiliter.*

Finit liber de pace Conſtantiæ.

HENRICI STEPHANI CASTIGATIONES in Leonis Imperatoris Conſtitutiones.

Pagina 236. Verſu τοῖς ἐναν.] *Legendo,* ὥστε καὶ ἐντεῦθεν συμβῆναι, *expleuerimus hãc ſententiam. Suſpectus eſt & proximus hic locus,* ἄλλων πρὸς ἄλλας μετατιθέντων.

Pag. 240. V. σαθαι.] *Lege,* καὶ ἔτι μὴν ὑπεναντίον καὶ ἄναφ.

V. δεῖν ἄγαν] *Lego* εἰς ἓν σωματοποιηθέμενος, *vt modò dixit* σωματοποιίαν.

P. 242. V. Διὰ τοῦτο] *Mallem* τινὸς ἄλλου, *quanquã ob omiſſa verba in proximè ſequenti verſu, difficile eſt aliquid certi de lectione hac ſtatuere.*

P. 254. V. λὶς τοῦς] πλὴν τοῦ *eſt in exemplari, ſed repoſui* πλὴν οὐ.

P. 270. V. κομιδῇ] *Mallem,* πλὴν τῶν εἰς τὸ τοιοῦτον βίον προσιέντων.

P. 281. V. σύνοδος] *Legendum puto* συνέγειλε, *aut tollendum* ὡς.

P. 281. V. Ὅσον] *Legendum* μονάδος *ex aliis locis apparet.*

P. 292. V. ῥαστῇ] In exemplari πλέον ἀξία, ſed repoſui πλεονεξία, reſpiciens ad πλεονεκτικὸν, ſecundum huius conſtitutionis verbum.

P. 294. V. παγγρόνει] In exempl. τό, τι ἱερὸν πολιτικὸν θέσμ. apertè omiſſo altero τό, τι ante πολιτικὸν, vbi & repoſui: vt ſit, τέ, τι ἱερὸν τέ, τι πολιτικὸν θέσμιον: pro eo quod modò dixit, οἵ τε ἱεροὶ θεσμοὶ καὶ ὁ πολιτικὸς ψῆφος.

P. 30[illegible]. V. ῥυμβόνοις] Lego παραπιλούμενος, vt tota periodus bene procedat.

P. 304. V. γυναικῶν] Mallem μεταλαμβάνει, vt & in ipſa conſtitutione vſurpatur μετάληψις.

P. 310. V. λειπ] Lego ὅπως pro ὅπερ.

P. 316. V. ὑποχωρ.] Legendum ὑποχωρίαν ex alÿs locis patet.

V. φανεὶς] οὐδαμῶς ὄψει. ſic in exemplari.

V. λομβύνε] In exempl. θύραν ἀνάγει, ſed repoſui ἀνοίγει, quo & alibi vtitur. Latinis quoque tritæ ſunt & veluti prouerbiales metaphoræ, Aperire ianuam, Aperire feneſtram.

P. 318. V. θεσπί.] In exempl. ἀπίλασιν, quod nihil ſignificat. ἀπίλυσιν autem per υ, nullo modo conuenit huic loco. repoſui igitur ἀπίκλασιν: vt & alibi dicit, ἀπικλᾶσι τὴν πάροδον, eadem de re.

V. τοῖς] In exempl. τὴν ἀδικίαν, manifeſto errore.

P. 322. V. ἑκάστῳ] Mallem ἀναστρέφειν hac

quidem

quidem ſignificatione, vt & infrà pag. 494. quanquam & alibi αἰ ατρέφεσθαι ſic vſurpat. Item hoc ipſo in verſu ſi ὁποτέρῳ rectè legitur, pro ἑκοτέρου ſeu ἑκατέρῳ eſt poſitum, vt & alio loco.

V. καὶ τι.] καὶ στερὸν τι κερδαίνειν. *corruptum eſſe* στερὸν *video: pro eo autem quid reponi debeat, ambigo.* ἕτερον, *aut* ὕστερον, *tollendo* καὶ, *forſitan ſuſpicetur aliquis reponendum.*

V. μόνον] Lego τὸ ὅλον.

V. ἀνδρί] Mallem ἐπ' αὐτῷ.

P. 324. V. εἰς] Lego εἰς ἓν συγκεφαλαιούμενον.

P. 330. V. ὅσαι] *Locus hic, qui ob deprauationem vix poteſt intelligi, facilis videtur fore, ſi* ἐκτελεῖς *legatur pro* ἐκτελεῖν, *ac* οὖσιν *pro* οὖσαν, *&* ἀπαιτοῦσα *nominatiuo ſingulari: vt ſit*, διάταξις φύσει τὸ δίκαιον, ἀπαιτοῦσα τὰς γονέας τὰς ὑποσχέσεις. *id eſt*, ἐν τῷ ἀπαιτεῖν. *ſic paulo pòſt*, μόνον [τὸν γονέα] ἀπαιτεῖσθαι τὴν ὑπόσχεσιν. *Illud duntaxat durinſculum eſt, & mihi adhuc ſuſpectum*, ἐκτελεῖς οὖσιν. *Intelligit autem Leo, vt opinor*, διάταξιν *Iuſtiniani, quæ eſt* Codicis *lib. 5. Tit.* De iure dotium. *cuius* διατάξεως *initium eſt*, Si pater dotem *&c.*

V. καιρὸν] Lego ὑποσχόμενον, *ſuſpectum habens & nomen proximè ſequens.*

P. 332. V. δεῖξιν] Lego, οὐ ποιεῖται περὶ πολλοῦ. πῶς; πολλάκις τὴν *&c.* Fortaſſe ta-

men maior aliqua ſubeſt huic loco deprauatio.

P. 342. V. ποιεῖ] Pro ὠλίνων non dubito *quin legendum ſit* ὠλῶν.

P. 344. V. τον] *Legendum puto* ἀλλ' εἰ, & γνώμῃ *in dandi caſu: vt ita ordinetur hæc periodus,* ὁριζόντων μὴ καθάπαξ ἀναφαίρετον εἶναι τὸ δώρημα, ἀλλ' (εἰ γνώμῃ πονηρίας ἀλοίη τις μιᾷ τῶν ἀπηγορευμένων αἰτιῶν, ἢ τὸ τῆς ἐλευθερίας ἀξίωμα ἰσχὺν ἔχει πρὸς σχῆμα δουλείας μεταποιεῖν) πάλιν εἰς τὴν δούλων τὴν χώραν ἄγεσθαι. Sed ἀλοίη τις μιᾶς τῶν αἰτιῶν *miror cur non dixerit, vſitata loquẽdi forma, potius quàm* μιᾷ. *ac fortaſſe hic datiuus perperam pro illo genitiuo à librario poſitus eſt. Duriuſculum eſt etiam illud* γνώμῃ πονηρίας. *Apertius autem in fine huius conſtitutionis loquens, dicit,* εἰ γὰρ δοῦλοι ἅπαξ ἀφειμένοι ζυγοῦ, μὴ πονηροὶ ὀφθέντες, οὐχὶ πάλιν ἕλκειν αὐτὸν ἀναγκάζονται.

V. το] *Legendum* τοῖς γονεῦσιν, *aut* τῶν γονέων. *lectio illa ſcripturæ noſtri exẽplaris (quæ eſt* τοῖς γονεῦς*) vicinior: hæc autem vſitata ſermonis forma accommodatior.*

V. ἐδοξ.] *Lego* ἐδόξαν, *quum præceſſerit* ἀκούουσι καὶ τιμῶσι.

V. νι λόγ.] *Omnino exiſtimo includenda parentheſi hæc verba,* οὐδὲ γὰρ ὑμῖν μὴ αὐτοποιημένον ἠθέτηται. *vt ſit,* ἀλλ' ὁρᾶται [τὸ δόγμα] οὐδενὶ λόγῳ τινὸς ἀπηρτημένον. *id eſt,*

vno

vno verbo, ἠκυρωμένον, vel ἀκυρωθέν. & hoc modo ante ἀλλ' ὁρᾶτε, non τελεία στιγμὴ ponenda fuerit, ſed ὑποστιγμὴ, notata puncto ſupernè collocato, more noſtro.

P. 348. V. συγγενεῖς] Puto legendum, ἐν ᾗ δὴ ἀδιαδέτω καλεῖν τε, vt alibi loquitur.

V. λοι.] Non poſſum ferre ἄλλως γάρ. quid ſi in ἀλλ' ὥσπερ mutem? nè hæc quidem lectio ſatis placuerit.

P. 352. V. παῖδας] In exemplari μετέχουσι, ſed repoſui ἀμετόχους.

P. 354. V. προάγει] Nemo non fatebitur, opinor, legendum, οὕτω προσήκει.

V. Καὶ καλῶς] Hîc item nemo non mihi aſſentietur (ni fallor) ſcribenti, Καὶ ἄλλως. vt ſit, καὶ ἄλλως κρεῖττον ὑπάρχει τὴν ὠφέλειαν ἐμ κοινῷ καταστήσασθαι, πολὺ δὲ πλέον προσήκει κοινὴν εἶναι τὴν &c. Sic & alibi apud hunc aduerbium ἄλλως vſurpatum inuenies.

V. οἰκεῖος] Fortaſſe legendum, μὴ τὸ βούλεσθαι. Certè οὐ τὸ ſtare non poteſt.

P. 356. V. τέρας] Rectius πενέστατοι ſcriberetur: vt dicitur εἰς πενίαν πεσόντος, ad paupertatem redegit.

P. 358. V. φροντίδ.] In exempl. συμμεμιγμένων, ſed repoſui συμμεμιγμένον.

V. καθορᾶ] Ex εἰ γὰρ facio καὶ γάρ. neque enim dici poteſt εἰ οὖν.

V. μὲν οὖν] Lego προτιμῶσαι δὲ, ὅμως &c. vt

ſit

ſit ſenſus huius periodi, Quotquot enim fœminæ virginitatem quidem lecto iugali anteponunt, ſic tamen anteponunt, vt interim liberorum deſiderio pungantur: hoc ſe conſequi etiam abſque lecto iugali videntes, virginitatis dignitatem in pretio habere non deſinent.

P. 360. V. καὶ] *Eſſet aliquis ſenſus legendo*, ὥσπερ καὶ καθαρὰ συμβαίνει. *nec tamen ita Leonem ſcripſiſſe perſuaſum habeo.*

V. τῶν] Lego τούτῳ. *vt ſit* φιλοτιμεῖται τὸ ὑποχέεσθαι τούτῳ, *eadem conſtructione qua dixit pag.* 356. τὰς μὲν φιλοτιμεῖσθαι κτήσει τῶν παίδων.

P. 362. V. ὁμοίως] Hæc duo verba ἰδέα μὴ, *à me repoſita ſunt pro iſtis quæ ſunt in exemplari*, εἰ δ' ἂν μή.

V. διαποτέσαι] Rectius ὃς μὲν, & ὃς δέ. *vt ſit*, τί γὰρ, εἰ [ἐκεῖνος] κρεῖττον τοῦ διαπτῆσαι ἄξιος, ὃς οὔπω εἰς τὸ φρονεῖν ἀφίκετο, καὶ ὑπερθέσας τὸν χρόνον ὃς ἦν οὐκ ἐλαττοῦται φρονήσεως, εἰ καὶ τοῦ καιροῦ ἔλαττον ἔχων, [ἐκεῖνος] ἀπαρχθήσεται &c. Addo verò hîc καὶ poſt εἰ, *non ex noſtro exemplari ſumptum, ſed tanquam in eo perperam omiſſum.*

P. 364. V. πηρώσει] Rectius ἃ πολ. *vt omnia præcedentia referat articulus. Ideo autem non incluſi parentheſi hæc verba*, ἵνα τὰ ἄλλα δυσχερῆ, *vſque ad* περαίας, *quòd ſermonis* ἀκολουθία *velut interrupta ſit per poſterius*

ναὶ

πᾶς. & inter οὐ & κωλυόμενοι interpunctionem notaui, nequis hanc negationem cum illo participio coniungeret. Eſt præterea ὑποφορίας à me repoſitum in locum τοῦ ὑπηρεσίας, quod in exemplari habetur, errore manifeſtiſſimo.

P. 366. V. μὴ] Pro βασιλεύειν legendum puto βασιλέα. vt antè dixit, ὥστε μὴ μόνον παρὰ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ παρὰ παντὸς τοῦ καθ' ἑκάστην χώραν τὸ ἄρχειν καὶ δεῖπνον λαχόντος τὴν ἐξουσίαν λαμβάνειν.

P. 368. V. το. καὶ] Pro καὶ lego ναί. vt ſit, ναί, φησίν, ἀλλά. Sic autem ναὶ ſequente ἀλλὰ in anthypophora, frequens eſt apud primæ etiam claſſis ſcriptores. Quin verò αἱ τιμὴν legendum ſit, nemini dubium eſſe poteſt.

P. 374. V. ἄρα] Puto legendum ἦν, vt feratur ad παλινῳδίαν. ſed de his duobus verbis ἐπικρατῆ φέρουσαν quod dicam non habeo.

V. φέρομεν] Malim περιιόντος quàm παριόντος. Sic & alijs duobus in locis παρὰ pro περὶ poſitum in hac ipſa voce exiſtimo. Ex quarum præpoſitionum permutatione multa menda & alijs in vocabulis paſſim reperiuntur.

P. 378. V. ποιίας] Pro αὖ οὐ τὴν (quas tres voculas locum hîc non habere omnes vident) forſitan ἀκροτάτην legi poſſit. nam hunc ſuperlatiuum hoc ſenſu & alibi vſurpat. Certè aut hoc, aut aliquod aliud nomen adiectiuum idem ſignificans, perperam in tres has particu-

lus fuiſſe diſſolutum, planè mihi perſuadeo.

V. νέας] Aut ἐπεὶ συνεχθῆναι, *aut* συνεχθῆναι γδ *legendum videtur.*

P. 382. V. πέμπεσθαι] Pro παρεῖναι *malim* περιεῖναι, *vt cum alibi, tum pag.* 384. ἢ τὸν ἄνδρα περιεῖναι. *Vide paulo antè praced. annot. in pag.* 374. *de* παρόντ☉ *pro* περιόντ☉.

V. γδ καὶ] Lego, φροντὶς τοῦ ὅπως ἂν &c.

P. 384. V. μων] *Mutaui* ἠξιώμεθα *in* ἐξιώμεθα, & *addidi* περὶ *ante* τῶν.

V. σότης] *Non dubium eſt quin legendum ſit* ἰσότητα, *non* ἀνισότητα.

V. φωτεῖς] *Malim ita legere hunc locum*, ἕως μὲν φανερὸν ἦ τὸν ἄνδρα περιεῖναι, ἢ τὴν γε μιτλὴν, μένειν ἄλυτα &c.

P. 386. V. πῶς ἂν] *Stare non poteſt hæc periodus vt hîc habetur: ita autem habetur vt in exemplari noſtro ſcripta eſt. ſed ſtare poterit ita ſcribendo*, πῶς ἂν, εἰ μέχρι καὶ τῶν φανλοτάτων αὐτῆς ἡ περιουσία τῶν αἰχμαλώτων λογ. &c.

P. 388. V. κατότητα] Hîc καὶ *pro* καὶ, *eodem errore quo antè, pag.* 368.

V. τίσιως] *Durum hoc loquendi genus*, ὅτ☉ ὁ λόγ☉ ἄμεινον ἦν μὴ προελθεῖν. *adeò vt Leonem ſuſpicer ſcriptum reliquiſſe*, ὅτ☉ ὁ λόγ☉ ἀμείνων ἦν μὴ προελθεῖν, *aut*, τοῦτον τὸν λόγον ἄμεινον ἦν μὴ προελθεῖν.

V. ἀλλ'] *Lego* ἦ, *non* ἦν.

P. 390. V. οὐδ'] *Videtur poſt* λώτινα *deeſſe* προσῆκε, *aut huiuſmodi aliquod verbum. vt ſit* οὐδ' ἐπ' ὁρῶντες λαμβάνοντες πρόνοιαν λώτινα προσῆκε περὶ τῶν ὑβρισμένων, *&c. Niſi fortè quis malit legere,* πρόνοιαν λώτινα οὖν περὶ τῶν *&c. Sed & hîc* ὑπὲρ τοῦ μὴ βοηθεῖν. *ſuſpecta mihi eſt negatiua particula: niſi nouam ſignificationem demus præpoſitioni* ὑπέρ.

P. 391. V. νον] *Fortaſſe rectius* ὑστέρους ἐστιν, *&* ὕβρεως καὶ αἰσχύνης.

P. 394. V. καὶ ἐν] *Puto legendum* ἐν μὲν *pro* ἐν μέ. *Eſt autem genitiuus* συναλλάγματος *in exemplari, quem mutaui in nominatiuũ* συναλλάγματα.

P. 396. V. καιον] *Lego* τοῦτο: *vt ſit,* στρέφοντες τὴν διάνοιαν περὶ τοῦτο. *Quanquam vſitatius eſt* τοῦτο στρέφω περὶ τὴν διάνοιαν (*vt &* ἀναπολῶ περὶ νοῦν *&* κατὰ νοῦν) *quàm* τὴν διάνοιαν στρέφω περὶ τοῦτο.

P. 398. V. καὶ τὸν] *Loci huius caſtigatio ex ipſius legis eſt petenda verbis.*

V. παιδὶ] *Fortaſſe rectius* κινδυνοφόροι.

V. ρῶ] *Malim* πολεμίοις, *vt paulo antè dixit* τοῖς ἐν τοῖς πολεμίοις μεμενηκότες.

V. οὐ πῶς] *Inter* κληρονομεῖν *&* συγκεχώρηται *deeſt aliquid. Certè inſerendo particulam* οἷς, *perfecta redditur oratio.*

P. 400. V. τι ἐλευθ.] *Si credamus vſum Leonem hoc loquendi genere,* τὰς ὠδῖνας ἀπολύειν, *eodem modo quo antè, poſt* ἀπέλυσε *deeſ-*

ſe ἡ μήτηρ dicendum fuerit.

P. 402. V. κωλύειν] *Videtur ante aut poſt οὐκ ἐκώλυσεν aliquid deſiderari. fortaſſe ὁ δ' οὐκ ἐκώλυσεν ſcripſerat* Leo, *aut οὐκ ἐκώλυσε δέ. Vtut legantur hæc verba, certè qui ſequitur infinitiuus κρίνειν, retineri non poteſt. quare muto in κρίνει: non ignorans tamen melius ἔκρινε ſequi ἐκώλυσε.*

P. 404. V. πολυπ.] Lego καὶ πολυπλόκων.

V. δόγμα] Ex *his duobus παρεχόμενον & παρέχομαι alterum ſuperuacaneum eſt.* Parti*cipium retinere malim, ſed in fine periodi loco verbi παρέχομαι poſitum: & non in eodem caſu manens, ſed mutato accuſatiuo in nominatiuum. vt ſit ipſe imperator παρεχόμενος, quod δόγμα ſuperiorum temporum οὐκ ἦν παρεχόμενον.*

P. 408. V. ἐκείνων] Poſt ἁπλῶς pono ὑποστιγμὴν, *& pro μὴ lego μὲν, præfixa illi particula εἰ. vt ſit καὶ εἰ μὲν ἀσύμφορον, &c. Ita optimè procedet huius periodi ſententia, alioqui impedita.*

V. νίσαι] *Aut ἔξεστι legendum pro ἐξεῖναι: aut aliquod verbum indicatiui modi, à quo hic infinitiuus pendeat, deſiderari dicendũ eſt.*

P. 412. V. ὕπαρξιν] Rectius κύριος. Nam *vſitatum eſt & elegans, οὐκ ἔστι κύριος βουλεύεσθαι, pro οὐκ ἔχει ἐξουσίαν τοῦ βουλεύεσθαι. aut ſine τοῦ, vt pag.* 418.

V. ἵππος.

V. ἑταῖρ.] *In exempl. eſt* ἕτερος, *pro* ἑταῖρος. *cuiuſmodi error à me & in caſtigationibus in alium librum adnotatus eſt.*

P. 414. V. τὰς εἰς] *Legendum puto aut* τὰς ἑαυτῶ, *ſine* εἰς, *aut* τὰς εἰς αὐτὴν: *& quidem hoc modo potius quàm illo.*

P. 418. V. ὅτιν] *Vel* τὰ πρέποντα *legendũ, vel deſiderari ſubſtantiuũ nomen, quod cum* πρέποντα *iungatur, exiſtimandum eſt.*

V. τὰ μὲν] *Perpendant viri docti annon in locum incommodæ illius lectionis hæc reponi commodè poßit, parua cum mutatione,* περὶ τῶν τῇ διαδήκῃ τὸ δὲ ζῶντος τινὸς προφθάσαι διανοηθέντων. *Alibi dicit,* εἰ μὴ ἄρα γε τὴν τελευτὴν προφθάσῃ διαθέμενος.

V. νόσοι] *Pro* παρόντων *mallem* περιόντων. *& præpoſitionem* παρὰ *pro* περὶ *eodem in verbo poſitam annotaui iam bis antea.*

P. 420. V. αἰχμ.] *In exempl. legitur non* ἐλύπει, *ſed* ἐλύσει. *quod nihil ſignificat.*

P. 422. V. αὐτῶ] *Lego* παραλαμβάνεσθαι:

P. 424. V. ὅδοιπ.] *Malo* γινομένην.

P. 430. V. τὰ διώκει] *In exempl.* ὅσον ἦμεν. *ſed nemo non mihi aſſentietur, opinor, reponenti* ὅσον ἦμαρ.

P. 432. V. ἵστασθαι] *Quid valeat* ἵστασθαι *quiuis intelligat: ſed huic loco non conuenire huius ſignificationem, hoc quoque quilibet intelligat. Vnica igitur litera mutata repono*

ἐξιέϑαι. Eſt autem *πρὸς τὸ τῆ γνώμης αὐτῶν ἀκριβῶς ἐξιέϑαι*, Exactè eorum voluntati reſpondere, Quaſi, eorum voluntati ita quadrare, vt ad eius exactum modulum æquata, poſitè & ad vnguem facta. Verto autem Exactè voluntati, & Exactum modulum voluntatis, quòd *ἀκριβῶς* ad genitiuum *γνώμης* refeſratur, non ad *ἐξιέϑαι*. alioqui conueniret hic locus cum iſto, *ἐνέματα ἀκριβῶς συνεξετασμένα*.

V. *καὶ ἐν*] Videtur ſcribendum *εἰ καὶ ἐν*. in qua tamen ſcriptura *καὶ* otioſum fuerit. quod dico, nequis *εἰ καὶ* pro quanuis accipiendum exiſtimet. Fortaſſe *εἰ μὴ ἐν* ſcripſerat Leo. ſequitur enim, *ἐν ταῖς ἄλλαις ἢ χώραις*. Non malè etiam legeretur, *ἔγι ἐν*. Vtut legatur, particula *εἰ* eſt neceſſaria.

P. 434. V. *τοῦτο*] Melius, *διαιρεῖ γρ ἐν μέρεσι*, &c.

P. 436. V. *θεωπ.*] Lego *πιεζόντων ἐν βίῳ*, vt paginæ 452. verſu penult.

V. *ἀλλὰ*] Rectius *ἄγρα*. vt opinor.

P. 438. V. *ἐκείνης*] Lego *ἐπισημαινομένην*, & *αὐτὴν* pro *αὐτοῖς*, hypodiaſtolen duntaxat poſt *σφραγῖδα* notans. Sed & proximè præcedentia verba, *ὥσπερ οὐδὲ ἐπισημαίνοντα γε ταύτην*, mihi ſunt ſuſpecta.

P. 440. V. *μέζεσϑαι*] Deſideratur nomen fœm. genit. caſ. ad quod articulus *τῆ* & participium *φρονούσης* pertinent.

P. 442. V. φα] *In exempl.* ὑπεξάγοντι δόγματα, *nullo ſenſu. ac ex multis alijs locis legendum apparet,* ὑπεξάγοντι δόγματι. *& vt hîc,* ἐκεῖθεν τῷ ἡμετέρῳ ὑπεξάγοντι δόγματι, *ſic alibi,* δόγματι τοῦ ἡμετέρου κράτους ἐκεῖθεν ἐκφερόμενοι. *vbi* ἐκφερόμενοι *idem quod* ὑπεξαγόμενοι. *at pag.: 82. verſu tertio* ὑπεξαγωγὴν *dixit, vt hîc* ὑπεξάγοντι.

V. ταῦται] Nominatiuum verbi ἐλάμβανον *hîc non inuenio, nec inueniri poſſe puto, vtpote à librario per incuriam omiſſum.* Eum autem *fuiſſe ſuſpicor* ἀρχαί τινες.

P. 446. V. εἰς τὴν] *Omnino legendum exiſtimo* τῇ μὴ προσηκούσῃ.

P. 448. V. μαρτυρεῖν] Deeſſe videntur aliquot verba huic periodo.

P. 452. V. Ἐπειδὴ] Vel addendum, vel ſubaudiendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum ἔστιν ante poſterius ὅτι. nam vel vtrobique ἔστιν ὅτι, vel vtrobique ἔτι dici accentu in poſteriorem retracto, linguæ Græcæ conſuetudo poſtulat.

V. φαν] Poſt nomen βεβαίαν deeſſe infinitiuum patet. is fuerit εἶναι, aut λέγεσθαι, aut quiſpiam huiuſmodi.

V. οὐ δεχ.] Pro οὐ δεχομένης repono ἐνδεχομένης, & quidem audacter: quippe quum ἐνδεχομένην ita eum pag. 422. vſurpaſſe meminerim.

P. 456. V. μοι] Verbum περιτυγχάνω non

 accuſ

accuſatiuo, ſed datiuo iungi norunt omnes: hîc itaque mihi reponenti τὸν κατορωρυγμένῳ περιτυχόντα θησαυρῷ, aſſentientur itidem, vt auguror, omnes.

P. 458. V. τ⊙] Qui non fatebuntur hîc pro κοινοὺς legi debere κενοὺς, eos ego φρενῶν κενοὺς eſſe dixero.

P. 464. V. αὐτῷ] Puto deeſſe has duas voculas ἃ ἐπὶ ante τῷ. aliquid certè deeſt huic periodo, quicquid illud ſit.

